

644

6

EGA
1740

A 644

M 376

XI

sc
sorum,
transfe
rem: in
lebretur
Feriæ ad
tas.

AD M
Lectio
dùr

Lectio I
N ille
Discipulis
tis, nolit
re tristes
Hon

De Sc
Lib.
Ton

M
in di m
méc
fion
firmi
titudi
confe
sui.

R. 341

1

Libreria de S^{ta} Pau^{la} de N^{ra} S^{ra}

~~Libro 4to Tomo 3 num. 1~~

~~Libro 4to Tomo 4 num. 2~~

~~Libro 5to Tomo 5 num. 26~~

~~Libro 4to~~

~~Libro 5to~~

~~Libro 6to Tomo 6 num. 1~~

MS. 376

6.4.4.

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

— F —

2

In librum, eiusq; Sc^{mum} Authorem, laus;
Elego Carmine decantata

Docte liber, nostris venis optatissimus oris;
E manibus nunquam comprecor ipsecadas.
Purpureo semper, nitidog; ornabere amictu,
Auro distinctis fulgidis ubiq; notis:
Atq; obove, et gemmis, adamantibus, atq; piropis,
Insuper egregijs valde et imaginibus.
Et geminae, vius poliontur pumice frontes;
Et dabimus violas, lilia, mirta, rosas.
Accipe et omniferas, quae hinc atq; hinc Indica tellus
Procreat, et subsunt aquas vi et Antipodis;
Ac reliquos tandem illustres decorantia quaeq;
Instrumenta libros, unus Saboto liber.
Iudicis officium tribuis nam qualiter omnes
Exercere Patres, Sj Procoresq; queant.
Iura dare ut norint, et summa cacumina velli
Scandere iudicij; ut nulla procella caput
obruat Astrae; potius sed et ipsa corona
(Regina ut que sit) sit redimita sacra.
Salve ergo Francisce Heros tam nobilis, Suis
Conditor almi operis, maxime Sosa Pater.
Vive diu incolumis, bene qui moderaris Sabenas
Chvilli à signifer, primitus ante Sabitas.
Et genus, et pietas, prudentia, et alca minerva
quas Sabuit Petrus, En tibi forte dabunt.

Frater Ioannes Gáco Ord. Minsu
P^{ro} Cathalonie Difinitor et theo
logus lecto —

In N^o. et eminentissimi Patris fr. Fran^o. à Sosa, totius 11
Serephici Ordinis Archiepiscopi Generalis meritisimi, libellum
de Judicijs pro Regularibus; Melchioris à Contrens
Juris Utriusq. Doctoris, ac Regiae Pincianae Can
cellariae aduocati;

Epygrammaton

Si responsa Patrum cupias, si iura Civitum
Et ius legum noscere tela fori;

Hic disticta micant; et legum cuncta potestas
Pontificumq. simul cognita iura patent.

Soepius ~~divini~~ excelsis licuit cui munere caeli,
Muneribus posse, et velle iuvare viros.

Constitit praestans hunc libram legibus ornata
Illustrans latebras, pericula quoq. facit.

Hic nihil est falsi, aut dubij, verum undiq. fulget,
Celestis virtus est quoq. lucis amans.

Ne licet nobis facile discutere lites

Atq. ~~pro~~ probos dulci ducere lege viros.

Ceiparus in speculis cernuntur lumina visus;

Plurima sic libet hic, numina parvus Sabet.

Quid iustum; quid non sit, quid ve sequamur Sabemus;
Quis non in veteri fulta labore vovet?

Ipse prius fuerat quoq. gloria summa Toleti

Consilio reddens iura cuiq. suo.

Et Salmantinis reboat percussa Theatri

Vox hilavis Sosa, dogmata sacra legens.

Hic Gallos nostris mirando pedore iunxit;
Panfulgens Sydes Roma quoq; ipsa colit.
Seraphici tandem summus nunc ipse Minister
Ordinis; est cunctis Summitate minor.

Quid laudem Ingenium, Virtutem, aut gesta Parentum
Francis à la Sosa? non mea lingua Satis.

Thesogorum laus est, et prudentia iuris
Est decus Helperie, et Stelligionis Cons-

4

In Reuerendissimi, & Eruditissimi Patris
Fr. Francisci à Sosa totius Seraphici ordinis
Ministri Generalis meritisimi, libellum de
Iudicijs pro Regularibus, Melchioris à Contre-
ras Juris utriusq; Doctoris, ac Regiæ Pintu-
nae Chancelleriae advocati:

Epygrammaton

Si responsa patrum cupias, si iura quiritum

* Et calidi legum noscere tela fori:

Hic distincta ^{micant} ~~manent~~, et Regum ^{sacra} ~~antiqua~~ potestas

Pontificumq; simul cognita iura ~~patent~~ ^{manet}

* Sapius ^{deus} ~~divino~~ licuit, cum munere caeli

Muneribus posse: et velle iuvare viros

Consilio praestans ^{supra} ~~hinc~~ Reges Legibus ornat:

* Et decisa valent vertere subdubia.

Hic nihil est falsi, aut dubij: verum undiq; fulget:

Caelestis virtus, est quoq; lucis amans.

Iste docet nostras facile disutere lites

* Et ^{dulci} ~~dulci~~ probos, regere lege viros.

* Oeu parvo in speculo ^{cernit hinc plurima} ~~conflerunt~~ lumina visus

* Plura, q; sic, liber numina parvus habet.

Sicq; liber parvus numina magna docet

* Quid iustum, quid non, st quidue sequamur habemus
Quis non miretur facta labore brevi?

ipse Ecce prius fuerat quoque gloria summa Toleti:

* Cum celebri astabat regere consilio.

Et Salmantinis reboat perusta Theatris.

Sic est et idem Theo * Vox ilaris Sosa: ^{dogmata sacra legem} ~~litem~~ legit ^{Verba Dei}.
Cogit

* Hic Gallos ^{nuper} cum nostris ^{nunc} foedere iunxit:

* Ut deus ^{Hispanie} hunc quoque Roma colit.

Seraphici ^{eadem} Summus tandem nunc ipse Minister
Ordinis: est cunctis humilitate minor.

Quid laudem ingenium virtutem, aut gesta parentis
Franasa a Sosa? non mea lingua satis.

* Est Theologorum laus, ^{est et} prudentia iuris;

* Est deus ^{Hispanie} religionis honos.

~~Est deus Hispanie religionis honos. Est prudentia iuris, Est Theologorum laus, non mea lingua satis. Quid laudem ingenium virtutem, aut gesta parentis Franasa a Sosa? nunc ipse Minister Ordinis: est cunctis humilitate minor. Ut deus Hispanie hunc quoque Roma colit. Hic Gallos nuper cum nostris nunc foedere iunxit: Vox ilaris Sosa: dogmata sacra legem litem legit Verba Dei. Cum celebri astabat regere consilio. Et Salmantinis reboat perusta Theatris. Ipse Ecce prius fuerat quoque gloria summa Toleti: Quis non miretur facta labore brevi? Quid iustum, quid non, quidue sequamur habemus.~~

5
Tractatus de Iurisdictione
one, & iudicio pro
Regularibus

Autore R^{mo} P^{re}lati Fratre Fran-
cisco à Sosa Ordinis Mino-
rum Generali Ministro.

Liber Primus.

De Jurisdictionis Origine.

Page 1.

Divini numinis inuocato auxilio: in nostra
disputationis exordio proponere oportet, quid sit
jurisdictio, Aristoteles enim a nominum signifi-
catione incipere docet. Unde optime inquit Tulli-
us. Omnis, quae oratione suscipitur de aliqua re
institutio, à diffinitione proficisci debet, ut intel-
ligatur, quid sit id, de quo disputatur. Coeterum,
quia, ut multi docent, jurisdictio est quoddam æ-
quiuocum; priusuenit diuidendum quam diffini-
endum; omne enim multiplex indistinctum con-
fusionem parit. ^{de} cap. muliere extra de sponsalibz.
Ideo jurisdictio confuse sumpta, nequit commode
diffiniri, cum genus non diffinitur, nisi per supe-
rius, et tamen species est, quae sola diffinitur.
L. i. ff. de testam: et. L. i. ff. de tut. Et ob hoc
multas diffinitionibus est difficile attribuerè con-
ditiones bonae diffinitionis, et ideo dicuntur potius
descriptions. Quod forte considerans ^{Philippus}
~~Sallustius~~ in, L. omnis diffinitio, ff. de reg. iur, asse-
ruit, omnem diffinitionem in iure esse periculosa,
quod non semper dari potest per genus, et differentiam.
Est ergo notandum, quod jurisdictio est quoddam
correlatiuum nomen, quod non ad se solum,

Arist.
Cicero.

cap. de Muliere ex
de sponsal.

L. i. ff. de Testam
L. i. ff. de Tut.

L. omnis diffinitio. ff. de
reg. iur.

Super Primis

Sed ad alterum respicit; ut bene explicat poster Alphonus à Castro, et est sententia Summorum omnium Theologorum. Nec sunt audiendi; qui aliter de iurisdictione, vel de iurisdictionis potestate loquuntur, ut infra dubio. D. ex professo ostendemus.

Alpho. Castro.

Iurisdic^{io} Igitur alia est divina, alia humana. Prima est, qua omnes creature subiciuntur creatori.

Ipse enim Deus creator est omnium, qui manens in eternum creavit omnia simul, gen. 1.

Gen. 1.

Alteram vero iurisdictionem est, in quantum pulsat dominium humanum, illa inquam, qua rerum dominia subiciuntur ipsis creaturis. L. ex quo

L. ex hoc iure. ff. de iust. et iur.

iure. ff. de iust. et iur. Nam deus omnia creata à se fecit propter rationabilem creaturam. gen. 1.

Gen. 1.

Et istam iurisdictionem (sive dominium humanum) Legales dicunt legale, ut Aurarius in L. recte, visum

L. recte ff. de verb. sig. cap. quod iure 3. dist.

visum ff. de verb. sig. Canonice vero vocant humanam, cap. quo iure. 3. dist. Hac autem hu-

mana potestas, sive iurisdictione subdividitur; quia alia vocatur secularis, et est illa, qua populus regitur quantum ad temporalia; alia vero spiritualis qua populus regitur quantum ad spiritualia. Item utraq. potestas, vel iurisdictione, tam secularis quam spiritualis dividitur in ordinariam, et delegatam. Unde iudicium aliud licet ordinarium, quod scilicet ventilatur coram

Judi

Judice Ordinario; de quo loquitur totus titulus
extra de off. ordin. et titulus ff. de iudicijs.

Judicium vero delegatum est, quod ventilatur
coram iudice delegato, de quo loquitur totus ti-
tulus extra de off. delegati, et ff. de off. eius cui
mand. est iurisd. per totum. Quis vero dicatur
Ordinarius, et quis Delegatus, et quomodo cognos-
catur unus ab alio, et in quibus differat ordina-
rius a delegato; infra est disputandum.

Secundo est notandum, quod utraq. potestas, seu iu-
risdictio, spiritualis scilicet, et temporalis, ordina-
ria, et delegata, multis modis diffinitur, quatenus
iurisdictio est eadem cum merito imperio, vel cum
mixto, vel quatenus ab illo differt. De quo Doc-
tores, et præ cæteris Bartolus in l. imperium, d. n. 9. Bartolus
ff. de iurisd. Sed quæ ibi subtiliter traduntur;
ad nostram disputationem minimè affedant:
agimus enim dumtaxat de iurisdictione, quatenus
est facultas iurisdicendi, vel auctoritatis statuenda
concessa ei, qui iurisdicendo præest; quæ commissa,
intelliguntur omnia concessa, sine quibus exer-
ceri non potest. l. 2. ff. de iurisd. omni. iud. l. 2. ff. de iurisd.

Cæterum, quia de utriusq. iurisdictionis potestate
quatenus in Christi Domini Vicario residet
ad gubernandum sibi subditos, et ab illo ad
omnes ecclesie Præsules derivatur; erit sermo. Et
Ut veritas elucescat aliqua oportet excitare.

absolvere Dubiola. Sed prius advertendum iudicandi, iurisdictionem, nunc iuris, sive habitus; nunc facti sive actus, Verba esse. Iurisdictionis in habitu appellatur ipsa potestas dicendi, reddendi ius; in actu vero ipsa causa cognitio, sive decisio, vel ipsa iuris redditio: et in utroque sensu iurisdictionis verbum Jurisconsultos saepius occupasse ostendit Joannes Guillelmus lib. 1. de iurisdictione et imperio. cap. 1. Si ergo iurisdictionis verbo nunc in habitu, nunc in actu, prout res postulaverit, utemur; nihil erit cui lector commoveri debeat, cum id non solum Theologis, et Jurisconsultis, ^{verum} etiam quarumcumque disciplinarum autoribus vitiosissimum sit: imo vero ea saepius actu considerabimus, quo quid in habitu sit facilius explicemus: hic enim natura ordo est.

Joa. Guillelmus

Primum Dubium

Utrum potestas secularis, per quam populus regitur quantum ad temporalia sit a Deo?

Respondeo gemina propositione.
 Prima propositio. Qualibet secularis, vel civilis potestas est a Deo mediate, hoc est quantum ad debitum, non autem semper, quantum ad acqui-

quisitionem, vel usum. Patet quia illud quod est debitum esse in hominibus secundum relictam rationem, est debitum esse in eis secundum diuinam ordinationem; quia ad hoc Deus rationem hominibus dedit, ut ipsi secundum rationem uiuant: at secundum rationem debitum est potestatem regimini esse inter homines, ut probat Arist. 2. Metaph. et. 1. polit. ergo illud idem est secundum diuinam ordinationem. Ciuitatis igitur potestas non hominum est inuentu, sed ab ipso Deo per Legem naturalem, qua sua semper eterna participatio est. Est inquam Dei, ^{nec} ~~illius~~ natura ordinatio ad humanum conuictum, et ad humani generis conseruationem necessaria.

Arist.

~~Secundum naturam~~

Unde Paulus ad Rom. 13. inquit. Omnis anima cis. D. Paul.
potestati sublimioribus subdita sit, non est enim
potestas nisi a Deo: quae autem sunt a Deo ordi-
natae sunt: itaq. qui potestati resistit, Dei ordi-
nationi resistit. Idem docet ad Titu. 3. et D. Petrus. D. Petrus.
 sicut in primarijs ecclesijs omnes fere
 Principes essent infideles; nihilominus praecipit
 Christianis cap. 2. sua prima Canonice ut sub-
 iedat esse omni humanae creaturae propter domi-
 num, per quem reges regnant, et Legum condito-
 res iusta decernunt. prol. 3. cap. quo iura. 3. Pro. 8.

dist. Authent. de instrumen. cont. et fide col. ubi imp. Licet inian, inquit imperium prop
 late. 6. et in Authent. quomodo opateat inquit imperium prop
 Episcopos. imp. coll. 1. hinc Deus de celo con-
 truit, ut difficultibus im-
 ponat, quae apud eum
 sunt bona, et leges aplet
 secundum naturam vo-
 luntatem.

• Secunda propositio. Temporalis potestas, civilisq. iurisdictionis tota, et suprema penes ipsam repub. est. Idcirco is erit princeps temporalis, omnibusq. Superior reipub. regimen habiturus, qui ab eadem Repub. mediante lege natura, electione, aut consensu populorum constituitur. Hanc veritatem multis rationibus probat Alphonsus à Castro. lib. 1. de potestate Legis penalis. c. 1. et Covarr. in pract. quest. c. 1. conclu. 1.^{na} Principes, ergo, qui ad hanc pervenerunt potestatem per hereditariam Successionem, vel per electionem, non à Deo immediatè, sed ab ipsa repub. potestatem acceperunt. Est autem à Deo, quia Secundum rectam rationem, quam Deus contulit homini, fit debitum, et conveniens, ut in priori propositione diximus. Quamvis enim in principio, quo Deus hominem creavit dederit ei, ut praeset piscibus maris, volatilibus aëris, et bestiis terrae; tamen nulli hominum commisit specialiter dominium super alios homines, nec de hoc fecit speciale præceptum. Sic igitur et non abiteo auctoritas secularis iurisdictionis inter homines est a Deo mediatè, et à repub. immediatè. Et si aliquos reges, nempe Saulen, et Davidem deus specialiter instituerit, paucorum privilegia non faciunt legem communem. l. Jura ff. de Legibus. Et.

Alpho: à Castro
 Covarr.

Et si obicias illud Osee 3. ipsi regnauerunt et non Osee
ex me. de quo Aug. tract. 46. ad cap. 10. Joam. Aug.
 et habetur in cap. audacter. 3. q. 7. Respon: s.
 deo. Prophetam loqui de Regibus non secundum R
 voluntatem Dei gubernantibus; vel de illis, qui
 tyrannice, et non per modos licitos potestatem
 sunt adepti. Et ideo consulti diximus in mi-
 ori propositione, non semper hanc potestatem
 esse a Deo, quantum ad acquisitionem, aut
 Wimm. Canonista aliter respondent ad hanc
 objectionem, scilicet, non est potestas nisi a Deo;
 iubente vel sinente; sed prestat prior solutio, s.

Secundum Dubium

Utrum prater Laicam, vel secularem
 potestatem, necessaria sit alia po-
 testas, vel iurisdictio ad bonum
 regimen populi?

Respondeo unica propositione.

Unica propositio. Prater secularem iurisdictio-
 nem, vel potestatem, alia spiritualis expediens
 est ad optimum regimen populi Christiani. Et
 probatur prenotando, quod potestas^{tem} iurisditionis
 ad hoc ordinatur, ut homines accendantur iusta
 lis, ut dicitur. 1. Pet. 2. et ad Roma. 13

et cap. facta sunt leges dist. 4. Isido. lib. 6.
 Etymo. cap. 20. Ex quo patet quod si bona,
 ad quae facienda homines debent induci, et ma-
 la, a quibus debent arceri, pertinerent tan-
 tum ad presentem vitam civilem, et politi-
 cam; tunc Sufficeret ad regimen populi potestas
 iurisdictionis secularis, quia per virtutes mo-
 rales, et acquiritas, et maxime per prudentiam
 et iustitiam, quae debet esse in rectore, posset
 Sufficienter regi, et dirigi vita praesens mo-
 ralis, et politica sic praesens accepta. Coete-
 rum Christianorum vita non tendit solum ad
 bona, et mala praesentis vitae: iuxta illud Math. 7.
 primum querite regnum Dei, et iustitiam eius;
 Et futura praesentia abhorret mala, dicente do-
 mino. Nolite timere eos qui occidunt corpus,
animam autem non possunt occidere. Time
eum qui potest animam, et corpus mittere in
Gehennam. Idem habetur Luc. 12. et 11. q. 3.
 cap. nolite. et 23. q. 6. in principio. Ideo inter
 fideles ne exorbitent a fine, ad quem tendunt,
 et si erraverint in vita, reducantur ad eam;
 necessaria est potestas ad quam pertinet eos
 ad finem praedictum dirigere, deviantes corrigere,
 et ad rectam viam reducere, non solum exortati-
 onibus, sed penis congruentibus. Ad quod non suf-
 ficit potestas secularis, quae de se nihil novit de domo,
 et praemijs future vitae, nec de via, quae ad eam perducit.

D. Math.

D. Math.

D. Luc.

Et si objicias; Pluralitas principatum valde nocet reipub. teste Arist. 12. Metaph. in fine. Sed pluralitas potestatum, vel iurisdictionum dignitarum, quarum una non continetur sub alia arguit pluralitatem principatum, quorum unus non est sub alio. Ergo talis pluralitas non est expediens, neq. bona; imo præter Secularem potestatem, de qua in præcedente dubio est dictum, non oportet aliam ponere, qua non sit ei subiecta, vel e conuerso. ~~Ad~~ Respondeo, quod pluralitate principatum, quorum unus non subest alteri, non esse bonam; sed inter Christianos potestas principatus Secularis subest certo modo potestati iurisdictionis spiritualis, et ecclesiasticae, qua non est immediatè penes totam rempub. Sed fiat ab ipso domino Jesu, Petro, et Principi Apostolorum, cæterisq. eorum Successoribus concessa, de quo infra est agendum. §

Tertium Dubium.

Vtrum Christus Dominus, ut homo, utramq. habuerit potestatem in omnes homines?

Circa hanc questionem antiqua est concertatio inter Doctores mutuis argumentationibus, aut veris argutijs se obiurgantes. Alij enim testantur errorem sapere negare Christo Dño, etiam ut homo est aliam iurisdictionis potestatem, qua alieni

homini potest concedi; dicente ipso Christo Math.
 ult. data est mihi omnis potestas in caelo, et in
terra, et Apoc. 1. Vocatur, princeps regum terra,
 de cuius regno et sacerdotio plura legitimus in
 sacris codicibus, quae in hoc sensu videntur ex-
 plicari à Nicotao .l. in epistola ad Michaelē
 Lem Imperatorem, et à Bonifacio .D. in extraua-
 ganti vnam sanctam de maiori. et obed. quod
 videtur sentire. D. Tho. opus. 2. lib. 3. c. 3 licet
 ab aliquibus aliter explicetur.
 Alij verò contrariam amplectentes sententiam, acer-
 rime defendunt Christum dominum amplissimam
 habuisse potestatem in omnes homines, spiritua-
 lem tamen, id est in ordine ad vitam aeternam;
 temporalem verò nullam habuisse ut homo est:
 quippe qui, ut talis, non venerat ministrari, sed
 ministrare. Et ad quosdam dixit. Luc. 12. quis
me constituit iudicem, aut diuersorem inter vos.
 Et Joan. 6. cum populus vellet eum regem acci-
 pere, fugit in montem. Et tandem Joan. 18. Pila-
 to querenti; Tu es rex Iudeorum? respondit; Reg-
num meum non est de hoc mundo, et sensus
 est iuxta mentem Chrysost. Ciril. et Aug. in
 hunc locum et Amb. lib. 3. in Lucam. Ego qui-
dem rex sum, sed non eo modo quo Caesar, et
Herodes; quia regnum meum non est de hoc mundo,
 id est non constat honoribus, opibus, potentia temporalibus.
 Sed his non obstantibus absolute quæstio gemina
 conclusionē prænotand. quod aliud est loqui, de iu-
 risdictione, vel potestate in habitu, vel in se, aliud
 vero

D. Luc.

Vero de eius actu, vel executione
 Prima propositio. Loquendo de potestate in habitu
 vel in se: Christus dominus rex, et sacerdos, etiam
 ut homo, utramque potestatem habuit in omnes ho-
 mines, spirituales scilicet, et temporalem. Hoc
 probant testimonia quibus nobis prima sententia;
 nec licet ea strictè explicare de potestate spiri-
 tuali; quia Christus Dominus, etiam ut homo, erat filius
 Dei naturalis. Ergo requirit illi aliqua potestas
 derogari, quam alteri homini concedimus.

Secunda propositio. Loquendo de potestate quoad exer-
 citium. Christus dominus, pacem, vel quati ni-
 hil usus fuit iurisdictione temporali. Et de eo
 poram, quia quando fecit flagellum de funiculis
 Joam. 2. et eiecit vendentes, et ementes de templo
 et numulariorum mensas evertit; videtur usus
 fuisse potestate, seu iurisdictione temporali. Un-
 de Iudei dixerunt ei. In qua potestate hoc facis?
 Nec Pilato negavit se esse regem mundi, immo
 postea expressè concessit; nam cum Pilatus dixis-
 set ei, ergo rex es tu? Respondit. Tu dicis quia
rex sum ego. Ego enim in hoc natus sum ut
testimonium perhibeam veritati. Nec dixit, reg-
 num meum non est de hoc mundo, cum regnum
 eius sit in celo, et in terra; sed dixit, regnum me-
 um non est de hoc mundo, quia nec electione mun-
 dana, nec successione humana fuit rex, sed uni-
 one beata, ut diximus. Veruntamen quia prin- hypostatica

cipaliter venerat ut nos redimeret, omnes quasi
 alius eius versabantur circa eruditionem nos-
 tram; et ferè nulli circa exercitium cuiusq;
 iurisdictionis; non quod vltimam potestatem
 non haberet, sed ut salutem nostram totaliter inten-
 deret. Non enim (ut ipse dixit) misit Deus filium
suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut
saluetur mundus per ipsum. Et hoc tantum pro-
 bant testimonia, quibus roboratur secunda senten-
 tia. Christus non abstrahit, neq; auferit regna
 ab eis, quorum erant, non enim venit destrue-
 re ea, quae venisse habebant, sed perficere. Ergo
 quando Princeps fuit Christianus non perdidit reg-
 num terrenum, quod iure obtinebat, sed acqui-
 rit nouum ius ad regnum aeternum; aliisq; ob-
 esset regibus Christi beneficium, quod ab eis. Un-
 de veni eamit Sedulius.

Hastis Herodis impie

Christum venire quid times?

Non eripit matalia,

Qui regna dat caelestia. 3.

Quartum Dubium.

Utrum Christus dominus, verum ecclesiae
 caput, et princeps, Diuum Petrum, eiusq;
 Successores, sui vicariis perpetuo
 indubuerit?

Quaestio

Quaestio haec unam quarit, et multa supponit. Supponit inquam, omnia illa, quae solent Doctores tractare, cum disputant contra Hereticos, tum de potestate Veri Christi Vicaris, tum etiam de Primatu Romanae Ecclesiae. Ceterum quia scientibus legem loqui, et quia mei muneris non est haec modo disputare, sed de iurisdictione nobis à Pontifice Summo derivata acturus, necessarium duxi iurisdictionem hanc in suo fonte quaerere, ideo dubium hoc praestitimus propositionibus absoluiam.

Prima propositio. Tres sunt formae bonae gubernationis, scilicet Monarchia, id est unus principatus, cuius contrarium vitium est Tyrannis; Aristocratia, id est, regimen optimatum; cui opponitur Oligarchia, hoc est factis paucorum; et Democratia, hoc est totius populi imperium, quod in seditione saepe degenerat. Patet haec conclusio. Nam si multitudo gubernanda est, nequit fieri, quin aliquo modo ex tribus gubernetur: Aut enim unus praesidebit reipub. aut aliqui demulsi, aut omnino omnes. Si unus Monarchia erit; si aliqui de multis Aristocratia; si omnes omnino Democratia. Sic docent Principes Philo-
sophorum Plato in Politico, et Arist. lib. 3. poli. c. 15. et lib. 3. ethic. c. 10.

Secunda propositio. Ecclesiae regimen praecipue Monarchicum esse debet. Probat, quia Monarchia praestantissimum regimen est, et ceteris

Monarchia, perfectiori modo attingit finem gubernationis, qualis est, civium inter se concordia; item Republic. potentioorem, fortiorem, stabiliorem reddit, et mutabilitati minus obnoxiam. Hoc igitur regimen ecclesia sua elegit Summus ille Princeps Dominus IESVS, qui dixit Jo. 10. alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et fiet unum ovile, et unus pastor, quod etiam de Petro et eius successoribus interpretatur Doctora Joh. D. Cap. 1. in hunc modum. lib. 1. cap. 1. de Magna. usque promissa p. Episc. Nicol. cap. 37. usque. servus

Tertia propositio. Ad hoc Monarchicum populi dei regimen. B. Petrus totius ecclesiae caput, et princeps ab ipso Christo domino est constitutus. Probatum ex promissione ipsius Christi dicentis Matth. 16. In Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni caelorum, quodcumque ligaveris etc. Haeretici conantur hoc inficiari testimonium existimante Calvino lib. 4. in Act. c. 6. per petram tantum significari ipsum Christum. Et Lutero lib. Emalechitici de Primatu Petri, ipsam petrae confesionem. Crasman. Veris Super hunc locum; omnem hominem fidelem. Ceterum contra eos canit ecclesia a mille ducentis annis ex D. Ambro. hoc ipsa petra ecclesiae canente culpam deluit. Nec solus Ambrosius intelligit pro petra ipsum Petrum, sed Sanctorum Patrum innumeri

mag. David Rex super eos et pas
tor ungerit omniū eorū et
Oseas. 1. congregabitur super petram
Iuda et Israel pariter et po
nent sibi met caput unum
et ascendent de terra qz magna
sicut Israhel. Et
contra hanc veritate insurgunt
quidam contemp. Calvini huius
is factum. et Bucer, cap.
1. Mat. Calvini lib. 4. in
tu. cap. 6. 8. 9. et cap. 20. et 21
8. et Hieronim. Vuolfig in a
nastubomibz in Nicoclem dicit
his homines et alij similes fan
ne Monarchia improbant qz
adversus dubitantes errores Soc
regiminis gens plurimuz best
iudicant.

In Hym. Ad laudes
Dominicae, in off. Rom.

affirmat Sp. S. lib. 1. Sp. D. Athan. in epla ad Helicum, et Magnus Basilus lib. 2. in Eunomium. Gregorius Nazianzenus in oratione de moderatione seruanda. Epiphanius in Ancorato. Chrysost. hom. 55. in Math. quem sequitur Sicut discipulus Theophilatus in cap. 22. Luc. Civil. lib. 2. c. 2. in Joan. Cuthim. in cap. 16. Math. Cipria. epistola ad Quirinum. Ambros. serm. 47. Hilari. et Hieron. Super hunc locum Math. Aug. serm. 15 de sanctis. Maximus serm. 1. de S. Pet. et Paul. Paulinus epist. 4. ad Severum. Greg. lib. 6. epist. 37. Leo serm. 2. de uniuersario assumptionis sue ad Pontificatu.

Petrus igitur dicitur petra, immo et Cephas, et Syriace cepha, significat petram, teste Hieron. in cap. 2. epist. ad Galatas, et graece significat caput, ut notat Origenes lib. 2. contra Porphyrium. Et deus nunquam nomina imponit noua, nisi maximis de causis, ut notat Chrysost. hic, Et adhuc non sine misterio Christi vicarius Cephas id est petra vocatur, quod unum ex celeberrimis Christi nominibus est. frequenter enim in scripturis Christus appellatur petra, ut Lou. 8. et 28. et Dan. 2. et ps. 117. et Math. 21. et ad Rom. 9. et 1. Cor. 10. ad Eph. 2. et 1. Petr. 2. et alibi. Et nomen illud quo ipse Christus significatur caput, et fundamentum ecclesie cum solo Petro communicat,

ut indicet se facere Petrum fundamentum,
et caput ecclesiae suo loco sui.

Præterea Joan. xi. ter commisit Dominus lebo
oues suas, et agnos pasceudos, et hoc alijs
discipulis adstantibus. Ergo solus cæterorum,
et omnium Christi ouium conditatus est pastor.

Unde Matth. c. x. recensens nomina Apo-
stolorum, sic ait. Primus Simon, qui dicitur
Petrus; ex quo loco tale colligo argumentu.

Q. Petrus vocatur primus inter Apostolos: que-
ra aut uocatione ad discipulatum, aut digni-
tatem. Non primum, quia ut constat Joan. i.

Andreas natu maior fuit prior uocatus, nec
hoc casu Euangelista fecit, quia idem inueni-
tur Marc. 3. et Luc. 6. et Act. 1. Ergo vo-
catur primus, ut Euangelista significarent Pe-
tri primatum, quem varijs prerogatiuis, a do-
mino præ cæteris ornatum Sape ostendunt. Nam

Christus resurgens ex mortuis primum omnium
ex Apostolis Petro sepebuit videndum, ut do-
cet Paul. 1. cor. 15. Et primus omnium pro-
mulgauit Euangelium Act. 2. ut ibi notat

Christ. Et primum miraculum in testimonio
fidei fit a Petro Act. 3. ut notat. D. Ambro.
Serm. 69. Primus loquitur in primo Concilio
Apostolorum celebrato Act. 5. et eius sententia
tunc omnes subrepsuerunt: Et ipse Petrus tan-
quam paterfamilias, in unum collegit ^{conuentum} ~~centum~~ dis-
cipulorum; et unum eligendum docet loco fidei
ut notat Christo. Et Simonem Magum

5992.

primus detexit, ac postea damnauit. Art. 8.
 quem Irineus lib. 1. c. 20. et incho lib. 3.
 vocat omnium Hæreticorum patrem. Et
 maximè deuit, ut principem, et Hæreticorum
 omnium patrem, Ecclesiæ princeps, et pater
 vinceret, et superaret. Cui Dominus dixit
 Luc. 22. Simon, Simon, Ecce Sathanas expe-
ctat vos, ut cribaret sicut triticum, ego au-
tem rogavi pro te ut non deficiat fides tua,
et tu aliquando conuersus confirma fratres
tuos. Quibus verbis (ut dolent Sancti Patres
 supra citati) clarissimè Dominus ostendit
 Petrum fore principem, et caput fratrum suorum.
 A^a. Propositio. In ecclesiâ debet esse vnus Su-
 mus Pontifex Successor Petri in officio vicari-
 atus Christi, habens immediatè auctoritatem
 ab ipso Christo, sicut ipse erat Petrus. Hæc
 veritas est fide catholica tenenda, et diffinita
 sæpe ab ecclesiâ, et præsertim contra Wickliph
 in Concilio Constantiensi Sess. 8. Et constat
 ex ipsdem rationibus quibus probatum est
 regimen ecclesiæ debere esse Monarchicum;
 et Petrum fuisse Christi Successorem; quia
 cum ecclesiâ sit vna, et eadem, non debet
 mutari forma regiminis. Ergo si tempore
 Apostolorum vnus erat Supremus Pastor ec-
 clesiæ, hoc etiam tempore debet esse. Et
 præterea Christus dominus (sicut diximus) pro-
 misit Petro Matth. 16. officium pastore ec-
 - Super

Super ecclesiam ab ipso edificatam, et nun-
 quam perituram; ait enim. Porta inferi
non preualebunt aduersus eam; id est Tyran-
 norum persecuciones nequibunt eam fundi-
 tis delere. Igitur promisit officium pasto-
 rale, non per ipsam tantum exequendum,
 sed etiam per successores, quia ecclesia nun-
 quam est peritura; et ipse Petrus iam vitam
 finiuit. Item dixit Petrus Ioan. 21. pasce ou-
es meas. Sed inipientissimum est existima-
 re Christum consuluisse ouibus presentibus,
 et non futuris, cum. Utrascq; redemerit, et om-
nes indigeant pastore. Igitur tandiu dura-
 bit officium pastoris, quamdiu manebit ouile;
 ouile autem manet, et manebit usq; ad mu-
 di consumationem, Ergo eiusq; successores Pe-
 tri in summo isto pastoralis officio manere nec-
 cessi est. Certum est enim ex D. Aug. libro
 de pastoribus. cap. 2. quod pastor est propter
 gregem, et Pontifex propter ecclesiam, et non
 ecclesia propter Pontificem. Restat videre
 quis sit iste Petri successor Christi dñi Vicarius.
 Quinta propositio. Romanus Pontifex verus
 est Petri successor, verus, et vnicus Christi do-
 mini Vicarius vniuersali Ecclesie, non a
 Petro, vel ab ipsa ecclesia potestatem habens,
 sed ab ipso Christo domino immediate. Probat.

hac veritas, prenotando, ^{duas} ~~quod~~ hic ~~facit~~ in-
 uoluntate ~~questiones~~. Prima est. An de-
 facto Romanus Pontifex ~~fit~~ ^{semper}, et mo-
 do, ^{sit} ~~est~~ verus Petri successor, et vicarius Chris-
 ti Domini Vicarius, quem in quarta pro-
 positione diximus necessarium esse in ecclesia.
 Secunda quaestio est. An Roma Episcopus, ita
 Vicariatus Christi culmen sortitus sit, ex ip-
 sius Christi institutione hoc Petrus reuelantis,
 ut nequeat, vel alibi locare sedem uniuersae
 Sacerdotum, vel nullam particulari sibi eligere?
 An vero utrumque possit, exemplo Petri, qui
 nullibi sedens, uniuersalis extitit Episcopus
 primis quinq; annis, et postea mutauit sedem
 ab Antiochia ad urbem Romam, ubi mortuus
 est; ex quo Petri facti, habent Romani Pon-
 tifices succedere intota ipsius Petri dignita-
 te? Et circa hanc secundam quaestionem
 antiqua fuit semper inter Catholicos Doctores con-
 certatio, nec mei muneris est eam modo dis-
 putare; hoc unum tantum dixerim quamplur-
 imos nostri temporis, alia grauissimos vi-
 ros, inmerito alios turpiter damnantes acriter
 defendere rem hanc ad fidem affectare
 post definitionem Marcelli primi in Epistola ad
 Antiochenos, et aliorum Summorum Pontifi-
 cum; quorum Decreta (si bene considerentur)
 ex antecedentibus, et consequentibus, manifeste
 constat

constat, solum damnare quosdam Hereticorum
 errores, et maxime Græcorum, affirmantium
 Antiochenam Episcopum Successisse Petro in
 Pontificatu totius ecclesie. Alij vero, hœtri-
 buerant Hierosolimitano; alij nemini in par-
 ticulari, sed affirmabant Apostolos suam
 accepisse iurisdictionem, quoniam Successores
 erunt omnes Episcopi; vel etiam, quod Petrus
 fuerit caput cæterorum, Romanus tamen
 Pontifex non Successit Petro in prefectura
 totius catholice ecclesie, sed solum in Roma-
 no Pontificatu. Hunc errorem amplexatus
 est Nilus Thesalonicensis Episcopus, quem ab
 inferis suscitauerunt nostri temporis Sectarj
 accerrimi Romana ecclesia hostes, quam in san-
 bili odio persecuti sunt, Contra quos pugnat nos-
 tra assertio multis rationibus notissima. Si
 enim una est fides, una ecclesia, unum ouile
 Christi, et ex consequenti unus Pastor, unusq; Chris-
 ti Vicarius vix in finem mundi in una fide
 permanens; quis obsecro ille est? quæ ista
 ecclesia contra quam portæ inferi non poterunt
 prevalere? Si quidem nulla est ecclesia, quæ
 non ^{fecerit} ~~perpererit~~ naufragium in fide, præter Ro-
 manam, ex quo Petrus in ea suum collocauit
 Episcopatum, ut narrat Turresomata lib. 2.
 Summa. c. 109? Certè Veritas hæc luce clari-
 or apparet, Primi ex serie Romanorum Pon-

ipsum à Petris usq; ad nos. Secundo ex vni-
 tate fidei Romanae ecclesiae. Tertio ex mo-
 rum Similitudine, quam semper docuit. Quar-
 to ex innumeris miraculis ab huius fidei
 Sectatoribus peractis. Quinto ex tot Sanctorum
 Martyrum Sanguine fortiter effuso. Sexto
 ex omnium Sanctorum Patrum consensu ne-
 mine dempto. Septimo ex Conciliorum omni-
 um Decretis. Octavo ex reformatione morum,
 quam in perditissimis hominibus experimus
 quotidie sacramentorum frequentia, et ma-
 gis Lucharistiae; Sed miserissimi impii doc-
 trina Sectatores his omnibus neglectis commi-
 serunt se iudicio Spiritus interni sepe falla-
 cis, et semper incerti, Et huius calamitatis una
 est radix, una est causa, unum fundamentum.
 Nempè quia diuinam scientiam Scholasticam
 illam Theologiam euntiarum Veritatum ma-
 ximè spernere non dubitauerunt, et vni tan-
 tum humanae eloquentiae studio se omnino
 dederunt. Quo fit ut tantae lucis expertes, ac
 peritissima scripturarum testimonia, quibus
 fides roboretur inspiciantur. Maiorum traditio-
 nes ex vtriusq; testamenti pagina, veluti in
 exhausto, ac diuino fonte dimanantes, irride-
 ant; ac vniuersa Literarum studia Synago-
 gas Satanae nuncupent; et ab ecclesia rele-
 ganda proclamant. Diuina ergo haec Theolo-
 gia

gia scientia veritatem hanc Catholicis pro
 bant, tanquam fide catholica tenendam
 ex Sacrarum Synodorum, Pontificumq; Sum-
 morum Decretis, quae longam esset recensere.
 In primis Nicena Synodus praecedentium et
 octodecim Patrum non posse Concilia. ~~Secu~~ ^{Secu} Ocu
 morum Romanorum et Universalissimo Lausane
 inconsulto celebrari decrevit; et ~~ad~~ ^{ideo} eam
 legem Christianis omnibus stabilitam expli-
 cit, et dogmata sua omnia suis sedes, cui
 tunc D. Synaxer praerat auctoritate firmari,
 Supplex eundem Beatissimum Antistitem orat.
 Et praeterea famosissima Synodi Ephesina,
 Constantinopolitana, et Chalcedonensis, quibus ec-
 clesia singularem et praecipuum honorem impre-
 ficitur; et insuper Septima Synodus ante odin-
 gentos plus annos celebrata Romani Pontifi-
 cis super cunctas orbis nationes praeminenz-
 tiam a Christo ipso descendente, disertis eiq;
 salis elegantibus verbis testatur. Item (ut
 sacra Florentina Synodus docet) in alijs Con-
 cilijs, et Sacris Canonibus continetur.
 Contra hoc potest quis obicere. Omnibus Apo-
 stolis tradita sunt claves regni caelorum a Christo
 immediate in toto foro, et non soli Petro. Ergo
 omnes sunt in christi tubus orbis Pastores, et non
 tantum Petrus; et ex consequenti, omnes Epis-
 copi Apostolorum Successores essent Vicarij Christi.

Antecedens constat Matth. 18. ubi omnibus im-
 mediatè traditur potestas excommunicandi re-
 belles, et contumaces. Postquam enim docuit
 Christus dominus rebelles, et inobedientes esse
 vitandos tanquam excommunicatos; illi cõ-
 subdit. Quodcum ligaueritis Eccl. Similiter
in foro animæ omnibus sine discrimine, comi-
si est Joan. 20. potestas absoluedi; quorum re-
 miserit peccata Eccl. quod autem prædicta
 loca sint intelligenda de omnibus Apostolis, æqua-
 lem à Christo potestatem accipientibus; testatur
 Anacletus Papa in cap. in nouo dist. 22. ubi
 sic ait. Ceteros Apostolos potestatem accep-
erunt. Ceteri Apostoli cum Petro pari
sorte præditi et honorem et potestatem accepe-
runt. Inno. et Paul. ad Gala. 2. ait. Ceteros
 Apostolos inter quos recensetur Petrus, qui
 videbantur esse aliquid in ecclesia nihil sibi
 contulisse autoritatis, et potestatis, quoniam ipse
 à Christo eam habebat. Respondeo, concedendo
 Apostolos accepisse à Christo domino potestatem
 super uniuersum orbem; laterum potestas illa
 differt à potestate Petri. Prims in modo dandi
 et accipiendi; quia Petro data est ordinariè;
 alijs uero ea gratia speciali præuentionis.
 Duplex est enim genus iurisdictionis, scilicet
 ordinariæ, et ex commissione. Ordinariæ est, quæ
 conuenit alicui specialis officij; et transit ad
 Successores. Altera uero quæ fit et quæ con-
 uenit

conuenit, non strictè ratione officij, sed ex pri-
 uilegio et gratia Superioris; et hæc non trans-
 mit ad Successores. Petrus ergo factus est Vi-
 carius Generalis Christi Domini; alij uero ut
 Legati, uel delegati. Unde Paul. 2. Cor. 8.
 ait. Legatione fungimur pro Christo. Et ad
 Ephes. ultimos. Legatione fungor in cathena
 ista. Secundo differt potestas Petri in obiecto
 potestatis, quia potestas iuris dictionis ceterorum
 Apostolorum non orat supra illos inuicem, sed
 super alios fideles, Solum enim Petrus dictum
 est Joan. ult. Pasce oues meas, de quarum nu-
 mero erant Apostoli, ut ibi notat. D. Chrysost.
 Tertio differt in perpetuitate, quia Legatio illa
 finienda erat cum ipsorum uita; Petri autem
 potestas usq; ad consumationem sæculi perseue-
 rat. Quod significant Doctores dicentes, quod
 data est Petri in persona ecclesie. Sicut enim
 in natura dupliciter aliqua fiunt, scilicet nat-
 uraliter, ut quum homo generat hominem, uel
 infirmus uirtute nature sanatur; et super
 naturaliter, sicut quando homo creatus est a
 solo Deo, et infirmus miraculose sanatur. Ita
 in ecclesia dupliciter confertur potestas, uel or-
 dinaria, ut cum seruato ordine cuius quis
 creatur Episcopus, uel Parochus; uel quando
 illud contingit ex speciali gratia Principis; utrumq;
 enim conuenit Principi supremam habenti
 potestatem. Quia et Christus dominus uerus est

in exordio nascentis ecclesie; Nam in institu-
 tione ecclesiastici regiminis, ordinario iure,
 perpetuo seruandi Monarchicum, id est, vni-
 principatum, instituit, et posuit Petrum ca-
 put totius ecclesie, a quo omnis iurisdictionis
 potestas derivatur; et similiter ex gra-
 tia speciali sicut praeuenit Petrum in con-
 ferendo Apostolis potestatem ordinis, dum ipse
 dominus per se ipsum etiam alios Apostolos fe-
 cit sacerdotes in Cena, et confessores post
 Resurrectionem; ita praeuenit eum, cum in-
 dedit illis auctoritatem gubernandi ecclesiam.
 Quenadmodum nihil obstat maiori-
 tati ipsius Petri, capitis, quod alij non habuerint po-
 testatem ordinis ab eis; quia hoc non fuit ex
 defectu potestatis in Petro, aut exemptione
 illorum ab eo, sed ex praeuentione Superioris
 Christi, qui ex gratia id prius dedit Subdi-
 tis Petri, quod ordinario dandum erat eis
 ab ipso Petro; ita etiam nihil officit excellen-
 tia potestatis iurisdictionis Petri super omnes,
 quod Christus Princeps dedit Apostolis, quos
 Petro subiecerat illam potestatem ex gratia,
 quam per viam ordinariam a Petro erant
 suscepturi. Non me latet alios aliter saty-
 ficere obiectioni, quia aliter de Apostolorum
 potestate sentiunt, ut refert Cayet. in quodli-
 beto. i. Ceterum hanc suam amplectens sen-

tentiam quia potorem iudicari, et gravissimos
habet patronos. Habemus ergo Divi
Petrum, eiusq. Successorem universali eccle-
sie regimen ab ipso Christo, restat
agere de potestate Sum. ecclesie Pastori colla-
ta, qua possit gregem suum convenientissi-
me gubernare. §.

Quintum Dubium.

Utrum Christus dominus, plena
riam potestatem spiritualesm. D. Pe-
tro, eiusq. successorib. contulerit?

Respondeo dupliu' conclusionem.

Prima assertio est generalis, ex qua plura neces-
saria sequuntur. Christus dominus omnem
illam contulit suo vicario potestatem, et iuris-
dictionem, que necessaria erat ad bonum reg-
imen totius ecclesie, quam fundaverat. Hoc
patet ex eisdem fundamentis, quibus nititur
tota questio preterita: qui enim concedit finem:
ex consequenti concedit necessaria ad finem;
Si igitur ostendimus Pontificem Summum,
caput, et pastorem esse totius ecclesie; quid
aliud ostendimus, quam eum esse Summum
iudicem in ecclesia? ad cuius optimum regimen
si aliquid ei denegaretur, ipsi Christo esset
imputandum, quod absit. Sapientia enim edificat:
ut sibi domus, id est, sapienter, et sine aliquo defectu.

Pro. 9.

Ex hac conelutione sequitur, Christum dominum
 comisisse suo vicario potestatem iudicandi
 infallibili ueritate controuersias fidei, et morum
 ad uniuersalem ecclesiam aspectantium, ex
 diuini luminis assistentia; de quo Dominus
 dicit. Docebit vos omnem ueritatem, ergo
 tam praxim, quam speculatiuam. Quod uero
 utrumque necessarium est ad uitam eternam
 consequendam. Item sequitur, posse Concilia
 congregare, transferre, dissoluere, et confir-
 mare, sanctos canonizare, Religiones appro-
 bare; Episcopos eligere, et in genus alia, quae
 spirituales iurisdictionem concernunt, et ad
 nostram disputationem minime spectant.
 Prima enim pertinet ad disputationem de
 Concilijs; Secunda ad disputationem de cultu
 Sanctorum; Tercia ad disputationem de uotijs,
 et institutis Monachorum; quarta ad disputa-
 tionem de clericis, et de clericibus. Duo huius
 sunt propria sunt; alteram quoad potestatem
 conuenit condendi leges, quae in conscientia
 obligent, iudicandi, puniendiq; transgressores,
 alterum est quod respicit temporalem iurisdictionem.
 Sit ergo Secunda assertio. Summus Pontifex
 habet iurisdictionem uere ^{coercitiuam} ~~coercitiuam~~; ita ut
 possit leges condere, quae obligent in conscientia,
 et iudicare, ac punire transgressores. Probatur,
 quia sicut quaelibet alia res pub. indiget legibus
 Cui

coercitiuam
 seu coactiuam

similibus ad optimum eius regimen, quae sunt
 quadam quasi conclusiones deductae ex iu-
 re naturae, vel determinaciones naturae; Ita
 in ecclesia praeter legem Evangelicam neces-
 sariae sunt Leges ecclesiasticae, quae sunt etiam
 velut conclusiones deductae ex principijs Evan-
 gelij; Verbi gratia, Evangelium iubet Sumi
 Eucharistiam, et non determinat quomodo, et
 quando, sed Princeps ecclesiae determinat
 ut saltem in Paschate Sumatur. Et Apostoli
 Legem condunt ut Sumatur ante omnem cibum
 et potum, nimirum a Levitis. Unde D. Aug.
 epli. 110. cap. 6. sic ait. Non praecipit dominus
quae deinceps ordine Sumeretur, ut Apostoli, per
quos ecclesiae dispositurae erat Servaret hunc
locum. Idem facit ecclesia, cuius princeps in
 alijs casibus instat politicae respub. quae Le-
 gem habet naturalem; et tamen quia illa est
 nimis generalis non sufficit, nisi deducatur
 ad particularia per determinaciones principum.
 Et adhuc in ecclesia militat specialis ratio;
 quia fide Catholica tenendum est, contra an-
 tiquissimos Hetericos, (quos modo sequuntur
 graui dogmatis sectatores) quod in scriptura
 Sacra non continentur explicite omnia neces-
 saria ad salutem, sed praeter illa quae scripta
 sunt, multa alia, verbo tenus ad nos peruenisse
 merent, quae divina, aut apostolica traditio-
 nes nuncupantur; quarum meminit Paul.

2. Cor. 3. et ad Theol. 2. et ad Timot. 1. et Joan.
 epist. 2. c. vnic. Unde ergo constabit hanc
 traditionem esse amplectendam, illam vero
 reijciendam, quod falso imputatur Apostolis.
 Et præterea quantum omnia, quæ ad salutem
 pertinent continentur scriptura sacra, pro-
 ut placet Hæreticis, minime possunt negare
 plura esse in ipsa scriptura sacra intellectu
 difficillima, quæ ut docet D. Pet. 2. cap. 3.
 prauis homines, et indocti, sicut et cæteras
 scripturas depræuunt. Ergo indigemus alio
 superiore iudicio, ex quo, cui sententiæ sit
 adherendum, sciamus. Si enim vni cuiq; liceret
 pro arbitrio de his omnibus iudicare, non esset
 vna fides, sed Babilonica confusio, quia tot
 sententiæ, quot capita, ut quotidie inter Hæ-
 reticos experimur, qui Pontifici Summo, et vnic
 uersalibus Concilijs denegant, quod Sutoribus,
 agricolis, rudibusq; mulierculis concedunt.
 Nec mirum si soli Hæretici non videant, quod
 et cæci vident, nec mirum inquam si inter
 densissimas tenebras ambulantes, in ipsa luce
 meridiana hallucinant et offendant, cum ipsam
 lucem diuinam exoram habuerint. Et quæ
 teste D. Irinæo. lib. 1. aduersus Hæreticos, et
 D. Hilario. lib. 2. de Trinit. et Tertulio. lib.
 de præscriptionibus Hæreticorum, sacra pagina an-
 tiquissimum fuit Hæreticorum refugium, ad
 quam

quam soliti sunt confugere, et omnem alium iu-
 dicem recusare in terra. Probatur nostra Ver-
 ritas multis testimonijs non solum noui testamē-
 ti, ubi de his legibus condendis, et de obedien-
 tia illis prestanda saepe agitur, ut infra vide-
 bimus; imo et in lege Veteri ad Summum sacer-
 dotem erat recursus in dubijs legis divina, a
 cuius doctrina, et sententia sub pena mortis non
 licebat deviare: Deu. 17. Ergo etiam in lege
 gratiae Summus Sacerdos maiorem illustrationem
 habet a Deo, ut nequeat errare, et amplio-
 rem potestatem ad gubernandum populum Dei, teste
 Paul. 1. Cor. 13. ubi manifeste probat ecclesia
 prestantiorem esse Synagoga; et hoc ex parte
 Ministrorum habentium amplio-
 rem potestatem. fit enim Paul. Quod si ministratio mortificans
est Lex minans mortem transgressoribus, litte-
ris famata lapidibus, fuit in gloria, (id est prestavit
magnum honorem Ministris Synagoga), ita
ut non possent filij Israel intendere in faciem
Moyse, propter gloriam vultus eius, (id est, prop-
ter faciei splendorem) qua euacuatur, (id est
que scilicet ministratio Legis fuit iam abolita, et
extincta); quanto magis ministratio Spiritus
erit in gloria, (id est ministratio Legis Euange-
licae, quae est spiritalis, prestabit maiorem
gloriam ministris). Habemus ergo ad Pontificem
respectare Leges condere; restat modo probare.

D. Paul.

coerciuam seu
coactiuam.

+vel ex utraq' De
mostenij, et Vlpia-
ni diffinitione l. 1.
et 2. D. delegib'z
est preceptum com-
mune, cui omnes
homines debent
obedire: quia in-
uentio quedam, et
donum Dei est.

omnem veram legem esse construam. Et patet
ex natura ipsius legis; est enim lex regula
quodam humanarum actionum a Deo immes-
trate, vel mediate constituta; deuiare ergo
a regula peccatum est. Unde Arist. lib. 10.
Ethic. c. 9. inquit. Lex est sermo ab aliqua
prudencia, et mente profectus, vim habens co-
gendi. Itaq' essentia Legis in hoc posita est
ut liget, et cogat; ita ut sit peccatum aliter
agere. Et dominus inquit, Luc. 10. qui vos au-
dit me audit; qui vos spernit me spernit. U-
trunq' patet ex illo Matth. 16. quod cumq' liga-
ueritis super terram, erit ligatum et in coelis; li-
gare autem significat Legem imponere. Et cons-
tat ex ^{ipso} ~~Matth. 16.~~ ipso Mattheo dicente Christo
cap. 23. alligant enim onera graua, et impr-
tabilia etc. Et confirmatur testimonio Hieroni-
mi in illis Matth. 23. quacumq' ligaueritis etc.
ubi ait. Potestatem tribuit Apostolis, ut intel-
ligant, qui a talibus damnantur humanam sen-
tentiam diuina sententia roborari. Et tandem
Act. 15. Placitum Petri fuit, ^{et} omnibus ^{siue} ~~existens~~
in Concilio, qui scripserunt Gentilibus ad fidem
conuersis. Visum est spiritui sancto et nobis ni-
hil ultra imponere vobis oneris, nisi haec necessa-
ria, ut abstinere vos ab immolatis simola

croru

crorum, a suffocato, et sanguine, et fornicatione
 Ecce constat Petrum cum Patribus novam legem
 condere, nam ut hic notat Chrysost. de Suffo-
 cato, et sanguine, nihil precipit Christus, neque
 sunt haec iure naturae bona, vel mala; sed in
 differentia, qualia dolent Haereticis non posse ab
 ecclesia fieri necessaria, vel sub precepto, quod
 autem illa lex obligabat in consuetudine eo tem-
 pore, quo vigeat, est iure clarior. Primum quia
 Apostoli vocant illam onus, et necessariam.
 Euangelista absolute precepta, dicit enim, quod
 Paulus ^{per} transiens civitates, precipiebat eis cus-
 todire precepta Apostolorum, et Seniorum, et cap.
 16. Tradebant eis custodire dogmata, quae de-
 creta erant ab Apostolis, Et in Canonibus
 Apostolorum, canon. 62, imponitur gravissima pe-
 na hoc preceptum praevocantibus. Haec dixi-
 mus contra Haereticos, Catholicis enim notissi-
 ma est ista veritas, tum ex irrefragabili La-
 trum traditione, tum etiam ex omnibus Conciliis;
 nullum enim fere est quod non precipiat aliquid
 vel interdicit sub Anathematis poena. Et eandem
 Pontificum Epistolas, quas in Tomis Conciliorum, vel
 in corpore iuris videmus; plene sunt preceptis, et
 censuris, quibus omnes Christi fideles obedientiam
 prestare tenentur, et praestant; quod si non fecerint
 possunt compelli. Delusoria enim esset iurisdictio
 si coercionem non haberet. l. Contumacia, §. Contu-
 macia, ff. de re iudic. c. ex liberis de officio delegati
 Restat agere de potestate temporali. §. 3.

Sextum Dubium.

Verum Christus dominus summam
temporalem, siue politicam iuris-
dictionem contulerit suo vicario?

Circa hanc questionem triplex est sententia. Prima
est assertentium Pontificem summam diuino iu-
re habere plenissimam potestatem in vniuersum
orbem terrarum, tum in rebus ecclesiasticis, tum
etiam in politicis. Hanc defendunt Canonista-
rum viri grauissimi, Abbas in cap. nouit, de
Judicijs, Hostiensis in cap. quod super his, de
voto et voti redemp. Quos sequitur Syluest.
Verbo Papa §. 2. et latissime Hypolitus de Marsil.
tractatu banitorum verbo Papa, 2. et 3, et Augus-
tinus Nimphus in suma de potestate ecclesie art. 1.
et Aluarus Pelagius de plenitu ecclesie cap. 13.
et alij multi, inter quos etiam referunt. D. Thom.
quia in fine. 2. sent. dicit in Papa esse apicem
vtriusq. potestatis.

2^a Sententia, seu potius Heresis, ^{precedenti sententia} sibi opposita, as-
serit Papam nullam habere iurisdictionem tem-
poralem etiam indirecte, hoc est in ordine ad spi-
ritualem; imo et asserunt has duas potestates
ita inter se pugnare, quod nec Pontifex Summus, nec
alij ecclesie Pralati licet accipere temporale
dominium. Hoc defendunt Heretici nostri temporis

3^a Sententia est media, quam communiter amplec-
tuntur

tuntur Theologi? asserentes Pontificem Summum pro
 ut Pontifex est, non habere immediate a Christo
 Domini ullam temporalem potestatem directam,
 sed solum Spiritualem; tamen habere saltem in
 directe summam potestatem in temporalibus. Huc
 defendit Joannes Driedo lib. 2. De libertate Chris-
 tiana. cap. 2. Turroremata lib. 2. Summa c.
 113. et sequentibus, Albertus Pighius, lib. 8. Hye-
 ranichia ecclesiastica. Thomas Vualdensis lib. 2.
 doctrin. fidei. art. 3. cap. 76. 77. 78. Henricus
 quodlib. 6. q. 23. Petrus de Palude. lib. de potes-
 tate ecclesiastica. Caiet. in Apologia. c. 6. Hos
 sequuntur omnes Neothomici. Victoria. q. 2. de
 potestate ecclesie Soto in. 4. dist. 29. q. 1. ar. 1.
 Nicolaus Sanderus lib. 2. cap. 4. Visibilis Monar-
 chia, quos refert et sequitur Robertus Bellar-
 minus. tomo. 1. Controversiarum lib. 5. cap. 1. et
 credo veram esse sententiam D. Thom. dicentis
 2. 2. q. 40. art. 2. Praelatos posse disponere de
 bellis solum quatenus ordinantur ad bonum
 spirituales, qui est finis potestatis ipsorum.
 Quid probant. 1. ex facto ipsius Christi, qui
 non abstulit dominium temporale, neq. auferit
 eis, quorum erant ^{vel sunt} regna. Vnde Petro confert, et daret,
 sicut abstulit sacerdotium, imo dicit Matth. 22
Reddite qua sunt Caesaris, Caesaris, non inquit
tate, sed reddite, Et Paul. ad Rom. 13. ait.
Reddite omnibus debita, cuius tributum

cui vedigal, vedigal, Et iubet etiam ibidem
 obedire Principibus Ethnicis, propter conscien-
 tiam, quia ut loquitur Flavius ad Imperato-
rem. Tibi Deus impertum, nobis autem ea qua
sunt ecclesiae, ut habemus ex D. Athana. in
epist. ad Solitariam vitam agentes.

Idem probatur multorum Pontificum Summorum
~~de~~ dicti hoc asserentium. Sic plura Le-
 oni epla. 33 et 43. ad Marthianum. Idem docet
 Grego. lib. 2. epla. 61. ad Mauritianum, et Gela-
 sius in Epist. ad Anastasium Imperatorem, et
 habetur in cap. duo sunt. dist. 96. et Nicolaus
 in epist. ad Michaelen Imperatorem. Idem
 habetur ex Alexandro. 4. cap. si duobus. d. deniq.

videmus de se. resant
 Imperatoris in aut
 de imperium. fide et au
 tela. impr. d. quia igit
 imperium et in aut
 quo modo opateat epus
 impr. ubi Sacerdotium
 ex imperium, illud qui
 dem diuini ministrant
 hoc autem Sumam
 presidens ex vno, eo
 demq; principio utraq;
 procedentia humanam
 exornant vitam.
 alia namq; extra
 tio causam sicut
 taxum, alia diuinam
 ut inquit dicitur. cele
 britatem de consecrat. dist. 3.

de appellatio. et. c. causam, extra. qui plerumq; legitimi.
 Sed dicitur. Christus dominus, etiam ut homo utraq;
 habuit potestatem directe (ut dictum est dubio. 4.
 Ergo utraq; dedit suo Vicario directe? Respon-
 detur negando. consequentiam, quia non diximus
 Christum habuisse temporalem iurisdictionem
 ad optimum regimen ecclesiae, sed quia
 Christus, ut homo erat filius Dei naturalis,
 et indecens est ei aliquid potestatis denegari,
 quod alibi puro homini concedimus. Coeterum
 suo Vicario omne illud tantum con-
 cessisse, quod ipse habuit ut caput ecclesiae, et
 necessarium erat ad optimum eius regimen in
 ordine.

ordine ad finem; hic autem est perducere omnes ad
 pacem vite eterna. Ex quo probantur ^{probabilitudo} ~~quod~~
 Summum Pontificem habere immediate a Christo
 Summam temporalem potestatem indirecte, id est
 in ordine ad spirituales. Et habemus de opi-
 nionibus, quibus omnibus quod ad nostrum ~~ex-~~
 spectat propositum, duobus ^{habetur} ~~abstruatur~~ conclusi-
 onibus fide Catholica tenendis.

Prima propositio. Nihil vetat utramque iurisdicti-
 onem temporalem scilicet et spirituales posse
 esse in una persona. Patet, quia inter se nullam
 repugnantiam habent, immo una iuvatur per
 aliam; ut docet. D. Grego. Homil. 15 in Cechi-
 elem, et habetur in cap. cum ^{sanctam} ~~antiquam~~, de peni-
 tentia. dist. 2. Et omittendo Paganos et infi-
 deles, qui sunt extra ecclesiam; patet nostra
 veritas exemplo plurimorum Sanctorum quorum
 meminit Sacra pagina. Nam Moises quae-
 draginta annis praefuit iurisdictioni spirituali,
 et temporali; ipse enim sacrificia obtulit do-
 mino, et Aaron, et filios eius consecrauit in
 Sacerdotes, et simul Dux erat, et Princeps. Exod.
 enim dicitur ^{13.} Sedit Moises ut iudicaret po-
populum. Et cap. 32. iussit occidi plurimos de
populo. Sic docet Philo. lib. 3. de vita Moysis
 et Grego. Nazian. in oratione ad Gregorium Ni-
 senum, Et D. Aug. agit de regno Moysis. q.
 67. in exodum. Et de eius pontificatu. q. 23.

in Leviticum, Ante Moysen in Lege natare
 Melchisedech fuit rex, et Pontifex, ut docet.
 D. Hieron. in quatuor. Habuit in illud Ge-
 neseos 49. Ruben primogenitus meus. Pra-
 terea Aeli Summus Pontifex, et iudex poli-
 ticus fuit annis quadraginta, ut patet. i.
 reg. 1. et 4. Item de Samuele Propheta le-
 gimus. 1. reg. quod fuit sacerdos simul, et
 princeps populi in temporibus. Unde quando
 Populus petijt regem dixit domino et dixit.
Non te abiecerunt sed me. Et tempore Ma-
 chabeorum reductum est regnum ad sacerdo-
 tes, et ydem fuerunt pontifices, et duces po-
 puli habentes utramq; potestatem ut patet
 ex libris Machabeorum, et ex Josepho. lib. 12.
 de antiquis, et sequentibus. Abest ergo im-
 pugnabilis Calvinus dicens. lib. 4. in st. princi-
 palium, temporale pugnare cum spirituali ut
 damnaret Pontificem Summum, aliosq; Ecclie
 alios Presules temporalem habere potestatem,
 etiam in terris, quas ecclesia donauerunt pijs-
 simi Principes, cum ipse donaret Sicilie regi
 Anglie, et alijs Principibus spiritualem potes-
 tatem, soli Petro, et eius Successoribus concessam
 sibi abdicare; tanta fuit miserimi hominis,
 alius acutissimi cecitas et insania.

Et si contra obiciat illud. 2. ad Timo. 2. Ne-
 mo militans Deo implicat se negotiis secularibus
 Quae Verba Episcopi dicuntur; et si fuerit po-
 liticus princeps, nequit non se implicare ne-
 gatijs secularibus. Sed respondeo, Verba haec
 dicta fuisse militi Christiano; et negotia secu-
 laria dicit Paul. non regimen politicum, sed
 curam parandi victus, ac perinde negotiationes
 et mercimonia, et similia. Est igitur sensus,
 Dixi, ut labores, sicut miles Christi, porro bo-
 nus miles non est sollicitus, circa victum, et
 corporis curam; sed comedit, et bibit quomodo
 potest, et quomodo potest. Non ergo Apostolus
 prohibet regimen politicum, sed inimicam so-
 licitudinem circa victum corporalem; quod tam
 decet Episcopos quam laicos, omnes enim Chris-
 ti milites esse debent, ut bene notat D. Chrisost.
 Sed obiciat adhuc Verba Nicolai. 1. ad Michae-
 lem Imperatorem afferentis, ante Christi adven-
 tum eosdem fuisse Reges, et Pontifices; Sed Chris-
 tum vere Regem, et Pontificem ista disiunxisse,
 inquit enim. Cum ad Verum Ventum est ultra
 tibi, nec Imperator iura Pontificatus arripuit,
 nec Pontifex nomen imperatorium usurpavit.
 Respondeo. Nicolaum noluisse negare posse Pon-
 tifici convenire temporale aliquod dominium;
 nam ipse erat Pontifex, et Simul Princeps

politicius Roma, Ravenna, et aliorum civitatum
 quas dudum acceperant maiores eius ab hoc
 peratoribus; sed solum negat, quod idem sit
 Pontifex, simul et Imperator totius orbis. Non
 quod hoc repugnet Evangelio, et nullo modo
 possit fieri, sed quia Christus Dominus ad con-
 servandam humilitatem voluit Pontificem in-
 digere Imperatoris auxilio in temporalibus; et
 simul Imperatorem indigere Pontificis directio-
 ne in spiritualibus.

2^a assertio. Summus Pontifex immediate habet a
 Christo Domino summam temporalem potestatem
 saltem indirecte (id est in ordine ad spirituales)
 Veritas ista satis constat ex dictis. Ceterum
 ut pateat notissima, duo sunt praecautis has
 vendae. Primum, quod finis temporalis est, scilicet
 felicitas temporalis, finis autem spiritualis, scilicet
 felicitas aeterna. Ex quo patet quod finis tem-
 poralis subordinatur fini spirituali, et ex con-
 sequenti potestas temporalis subijcitur spirituali.
 Constat enim ex Arist. lib. 1. ethic. c. 1. ^{quod omni} ista sub-
 ordinari facultates, ut subordinantur fines.

2^a nota, quod lumine naturae certum est, omnem
 respub. bene institutam habere omnem potesta-
 tem necessariam ad suum finem consequendum.
 Unde qualibet respub. quia perfecta, et sibi suffi-
 cienti esse debet, poterit imperare alteri respub.

non

non sibi subiecta, et eam cogere ad administra-
tionem mutandam; imo etiam deponere eam
Principem, et alium instituire, quando aliter
se non potest ab eius iniurijs defendere.

His duobus Suppositis principijs; euidenter se-
quitur ex illis nostra assertio. Quia ecclesia
a Summo Deo fundata, debet esse perfecta, et sibi
Sufficiens in ordine ad suum finem; sed neces-
saria est ad finem spirituales potestas utendi
et dispensandi de rebus temporalibus. Ut si
males Principes fouent Hæreticos, aut volunt
auertere Religionem. Ergo potest ecclesia suc-
cus Principes, hos temporales deponere, et alios
instituire; Et tandem omnia illa facere, nec-
essaria et adinare, que necessaria sunt ad con-
seruationem reipub. Christiana, et veram sub
finis consequutionem. Poterit ergo ille Summus
Pastor, cui Deus ouile suum commisit, et supor-
tare omni qua poterit ratione; hi sunt Hæ-
retici, et omnes, qui ecclesiam Dei persequuntur.
Poterit etiam arietes, si cornibus gregem ledunt,
recludere, et prohibere ne gregem ulterius præ-
cedant; Et tandem omnium ouium Christi pas-
tor est, et rector, et singulis debet convenien-
tia pabula prestare; Nec nouum hoc muen-
tum est, ut Hæretici obiciunt; immo antè
aduentum Christi Legimus. 2. Paralip. 23. quod
cum Athalia Tyrannica occupasset regnum,

et fouisset cultum Baal, Joiada Pontifex uoca-
 uit Centuriones, et milites, et iussit eis ut
 Athaliah interficerent, quod et fecerunt, et
 pro ea Joas regem orcauit. Nec hoc Pontifex
 iussit (ut aliqui dicunt) sed iussit; et patet
 ex illis uerbis. Egressus autem Joiada Ponti-
fix ad Centuriones, et Principes exercitus di-
xit eis. Educite eam. extra Septa templi, et
interficiatur foris gladio. Et clarius 4. reg. II.
 ubi dicitur. Et fecerunt Centuriones iuxta
omnia quae praeceperat eis Joiada Sacerdos, et in-
tra causa huius depositionis, et occisionis Jo-
nah non solum Tyrannus Athaliae, sed etiam
quod foueret cultum Baal. Ergo non miru
 est quod Romani Pontifices, qui teste Paulo
 maiorem acceperunt gloriam, quam Pontifices
 Synagoga hac ueri sint auctoritate, etiam in
 Supremo mundi Principes, ut constat ex dicto
 cap. duo sunt 90. dist. et ex cap. auctori-
 tatem, et ex cap. alius, et ex cap. nos sanctoru,
 15. q. 6, et ex cap. grandi. de supplend. negli-
 gentis Prae. in 6. Ex his, et alijs Decretis,
 constat Romanum Pontificem a fidelitatis iur-
 tamento nonnullos absoluisse, et alios etiam
 a sua dignitate deponuisse. Nec audiendus
 est Leonhartus Vuaramundus Caluianus,
 qui irridet ueritatem, praedicti cap. auctori-
 tem, propter falsam eius inscriptionem, qua
 Sic

sic habetur in manuscriptis, et multis Decretis
 exemplaribus. Gelasius Papa Anastasio Im-
 peratori, cuius Gelasij esse non potest. Zacha-
 rias enim, et Carolus Magnus, quorum in
 illo cap. fit mentio, multum post Gelasium
 vixerunt, quod quidem fatemur esse verum
 et inscriptionem mendosam, in nullo autem
 notat veritatis textus, habetur enim in regis-
 tro Gregorij. Vy. lib. 3. epist. 21. scripta He-
 riman. Matensi Episcopo. Quia vers. in illa
 Epistola paulo ante multa ex epistola Gela-
 sij ad Anastasium Imperatorem afferuntur,
 hinc ortum habuit error predicta inscrip-
 tionis, quoniam emendatam habemus in nouis exe-
 mplaribus. Confirmatur ex facto Stephani
 Papa, qui transfudit Imperium a Graecis ad
 Germanos, ut patet cap. ad Venerabilem, de
 electione, et cap. licet, de foro competentis. Et
 Innocentius 4. Regi Portugalia regni adminis-
 trationem interdixit, ut in cap. grandi, de sup-
 plicid. negli. prelat. in. 6. et Alexander 6.
 successit orbem nuper inuentum regibus Cas-
 tella, et Lusitania, ut eo adducerent fidei
 Christianae predicatores, et protegerent, ac de-
 fenderent, tum ipsos predicatorum, tum et Chris-
 tianos ab eis concussos, et simul ut impe-
 deret Pontifex contentiones, et bella Prin-
 cipum Christianorum, quae in illis Regionibus

ambitio excitare incipiebat. Et Julius 2.
 Regnum Navarra Catholico Regi Ferdinando
 adiecit, privato, et abiectione Joanne de la Brit
 Romane ecclesie inobediens. Quamvis Ge-
 nebradius huius historia Ignacius asserat
 Ferdinandum regnum illud occupasse, non alio
 maiore jure, quam quod sibi accomodum vi-
 deretur, cum iure, et auctoritate Romani
 Pontificis illud debellaverit. Et tandem
 optima est regula, talis meminit glossa ad
 cap. possessor, de regul. iur. in 6. qua talis est.
 Quamvis de eadem re contrariae invenerunt
 Lex Imperatoriae, et Pontificia, si ma-
 teria Legis est res animarum periculum
 concernens, abrogatur Lex Imperatoria per
 Pontificiam; et hoc modo Lex Pontificia, qua
 habetur cap. finali, de prescript. abrogavit
 Legem Imperatoriam, qua habetur in Codice
 de prescriptionibus triginta, vel quadrag. annis.
 Etiam cum mala fide; quia non poterat sur-
 vari sine mortali peccato. Et quando ma-
 teria Legis est temporalis non concernens
 animarum periculum, Lex Pontificia non ab-
 rogat Legem Imperatoriam, sed utraq. servan-
 da est, illa in foro ecclesiastico, ista in foro
 civili, ut videtur ex contra Solemnitatem
 testamentorum, circa quam sunt contrariae
 Leges civiles et Canonicae. L. hac consulis:
 l. ma. C. de testam. l. Heredes palam eod. tit.

alia dicitur ordinis; alia iurisdictionis interioris,
 alia vero iurisdictionis exterioris. Prima
 refertur ad sacramenta facienda, et ministran-
 da; altera ad populum Christianum in foro
 interiori conscientia iudicandum; tertia vero
 ad eundem populum regendum in foro exteriori.
 Et de prima nullus est hic sermo; sine con-
 trovertia enim fatemur omnes illam habere
 à Deo immediate; in secunda vero invidetur
 potestas iurisdictionis, quae est à Papa; et ad
 huc potestas alia pascendi populum, quam
 multi iurisdictionis vident, sed improprie; ideo
 explicabitur haec veritas ad maiorem intelli-
 gentiam tertiae potestatis, de qua praecipue
 est sermo.

2^o advertit, quod Henricus in quodlibet. q. 22. asse-
 rat iurisdictionem Episcoporum esse à Christo.
 Et similiter Abulensium in suo defensorio parte.
 2. cap. 62. existimare, hanc potestatem iuris-
 dictionis etiam in ^{sacerdotibus} ~~secularibus~~, dari à Deo
 immediate quando ordinantur, potestatem autem
 ab ecclesia illam ligari. Et contrario vero
 Joan. à Turresiamata lib. 1. 5^{ta} cap. 6.
 quem aliqui ex Canonici sequuntur, docet
 tam potestatem iurisdictionis, quam illam
 quam Episcopi habent pascendi, et gubernan-
 di dari à Papa, et esse ex jure humano.

Coeterum

Ceterum ista sententia falsa est, et impropris-
 sime eorum auctores loquuntur; nam fere om-
 nes Theologi, et Canonistarum Doctores doctiores
 distinguunt inter potestates Episcopales, pas-
 cendi, et gubernandi, predicandi, et docendi populum
 sibi commissum, a potestate iurisdictionis; et adde-
 runt, quod praeter potestatem consecrandi, ordina-
 di, et cetera omnia, quae ad conficienda, ministran-
 da, sacramenta referuntur; recipere Episcopos
 in consecratione a Christo immediate alias Epis-
 copales potestates pasceendi, et docendi populum Chris-
 tianum. Inima datur quando ordinatur Baculus di-
 citur consecrans, Accipe Baculum, leniter nomias.
 Secunda vero, scilicet predicandi, et docendi, quan-
 do datus libro dicit, Accipe librum, predica. Nullus
 autem Summorum Theologorum vocat has potestates
 iurisdictionis, nec concecit iurisdictionem, nec iu-
 risdictiones potestatem conferri alicui immediate
 a Christo, nisi soli Papa; a quo omnes accipiunt,
 ut infra videbimus. Sed advertit, quod nec de
 Apostolice, aut de univesali Concilio ulla volun-
 tas habere mentionem.

3. est notandum, ne variis loquendi modis, quos
 Doctores utantur nos confundat, quod noster Doc-
 titimus Castro lib. de iust. Heter. sumit. c. 21. lo-
 quens de simplici sacerdote rejectit tanquam
 falsam praedictam opinionem stouentis, alterentis
 quod quilibet sacerdote, quando ordinatur, accipere
 super omnes fideles potestatem iurisdictionis; et
 quod si ecclesia non arctaret illam, posset

quilibet absolvere; et ita in illis non ^{posse eam potestatem} auferr
 ri, bene tamen ligari etc. Contra quam opi
 nionem predictus pater ^{Castro} arguit, quoni
 am potestas iurisdictionis est nomen correlati
 vum respiciens subditos, quos non habet Sa
 cerdos ex sua ordinatione; quia sequentem
 inde, ^{quod} omnes sacerdotes essent aequales
 ea iure diuino in iurisdictione; et ita Papam
 solum ex iure humano, et non diuino esse
 Superiorem ^{dotem} Sacerdotum, Super omnes Christianos; quae sen
 tentiam, dicit damnatam, et erroneam: quae etiam
 fuit Amacheni; Et addit, quod potestas iur
 isdictionis est limitabilis, quae potest auge
 ri, et minui, et prorsus tolli; Et per conse
 quens Character ^{locus} non est potestas iuris
 dictionis, quia non potest tolli; et si in ordina
 tione daretur non posset per ecclesiam auferri
 a Sacerdote; nec auferri, nec nec minui, vel
 ligari; quia quod a Superiori concessum est
 inferius non potest tollere, aut minuire; Et
 ita concludit quod potestas ordinis, siue sacra
 mentalis confertur per collationem alicuius
 ordinis ecclesiastici, siue illa sit supra corpus
 Christi verum, siue mixtum; potestas vero iur
 isdictionis est illa, quae Super alios datur per
 inuentionem, aut commissionem alicuius homi
 nis; et ita concludit, quod ista ultime ab ho
 mine datur, quando inuengitur circa amatum;

et qui dedit, aut alius Superior, illam tollere po-
 test. *Thalensis. C. 1. in dicto cap. 21. Cetera*
idem gradibus videtur contrariis infra cap. 24.
*ubi dicitur, in Episcopo potestatem iurisdic-
 tionis dari per consecrationem; et quod ibi effi-
 citur pastor, et datur illi potestas ad excomuni-
 candum Eccl. Et quando auferuntur oues ma-
 net eum illa potestate iurisdictionis. Et ita con-
 cludit quod Caietanus, qui dixit in opusculis de
 auctoritate Pape, et Concilij cap. 19. potestatem
 iurisdictionis dari a Papa immediate, et non
 a Deo, errorem, et falsitatem dixit; quonia
 potestas ista iurisdictionis, inquit, quam Epis-
 copus exercet in oues sibi commissas, qua scilicet
 licet pascit illos, et excommunicat, a Deo da-
 tur in consecratione, sicut sacerdoti datur po-
 testas absoluenti per suam ordinationem; qui
 si priuatur beneficio, absolvere non potest, non
 propter defectum potestatis, sed quia non ha-
 bet subditum supra quem illam exerceat.
 Hec et alia addit predictus doctissimus Vir,
 immemor illorum, qua paulo antea dixerat, et
 immerito Caietanium reprehendit; quem fateor
 sperperam interpretationem ^{hisse} ne dicam non intellexisse.
 Minime enim Caietanus negat in Episcopis
 potestates Episcopales, pascendi, docendi Eccl.
 a Christo illis collatas in consecratione; negat
 autem potestatem excommunicandi, et
 absolvendi.*

autem has dici iurisdictionis potestates, et me-
 rito negat propter ipsam rationem, quia uti-
 tur ipse Castro in dicto cap. 2. ad damnandum
 modum loquendi Abulentiis, Et propriè me
 loquitur, quia potestates Episcopatus datæ
 per consecrationem, cum quibus manet Epis-
 copus quando priuatur Episcopatu, non vo-
 cantur à Cuius potestates iurisdictionis, sed
 potestates, quæ non possunt exerceri sine iu-
 risdictionis potestate, potestas autem iuris-
 dictionis dicitur Superioritatem, et inferiorita-
 tem, hoc est, dominium, et subditos, quos
 priuatus Episcopatu non habet, et pex conse-
 quens nec habet potestatem iurisdictionis.
 Licet habeat potestatem regendi, et guber-
 nandi absolute, sicut docet Castro, de Sa-
 cerdote simplici, qui habet potestatem abso-
 luedi à peccatis, et quia defuit ei altera
 potestas, iurisdictionis scilicet, non potest ab-
 soluere, quia utraq potestas requiritur, iu-
 risdictionis scilicet, et ordinationis. Sic docet
 D. Thom. 2. 2. q. 39. art. 3. ^{scilicet} et q. 4. in 4. dist. 19.
 q. 1. art. 4. Alexander Alex. 4. p. q. 80. me-
 bro. 3. art. 2. et q. 81. memb. 4. art. 1. D.
 Bonavent. in 4. dist. 19. q. 2. art. 2. Antoninus
 3. p. tit. 22. cap. 2. §. 3. Durandus in 4. dist.
 28. q. 1. Palud. in 4. dist. 19. q. 1. Hoc sequit
 unum Neotherici, et Silvester, Caiet. Soto
 Cano

Canon, et reliqui, et similiter Canonista, ut infra
videbimus.

Ultimo nota, quod in hac quaestione nullum esse
Serm^o de Episcopatum iurisdictione in genere;
certum est enim esse de iure diuino, quia Chris-
tus dominus sic ordinauit ecclesiam ut in ea
sint Pastores, Doctores etc. ad Episc. q. ipse de-
dit quosdam quidem Apostolos, quosdam Eccl.
Nequit ergo Pontifex hunc ordinem mutare, ut
si institueret nullum esse in ecclesia Episcopatum
praeter ipsum. Episcopatum enim origo, et ins-
titutio est à Christo, ipsi q. Veri sunt Aposto-
lorum Successores. Unde Clemens Petri dis-
cipulus, et Successor epist. 3. cum Episcopos
alloqueretur ait. Dominus noster mittens
Vos Vice sua, in loca Apostolorum ad predi-
candum; praecipit vobis docere omnes gentes,
omnesq. vobis obediens, ut tibi existeret. Im-
mo ipse Paul. act. 2. inquit. Attendite vobis
et vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus
posuit Episcopos regere ecclesiam Dei, quam
acquisiuit sanguine suo. Vide. D. Anacle-
tum epist. 2. et 3. et D. Ignatium epist. 3
et Leonem Magnum epist. 36. Quorum vestigia
inherens sacra Trid. Synodus declarat 88.
23. cap. 4. cano. 6. Episcopos à Christo, et Spi-
ritu sancto institutos esse, atq. ab ipso potes-
tatem habere

Sit unica propositio. Omnis spiritualis iurisdic-
 tio, iurisdictionisq; potestas in sole Papa est
 a Christo domino immediatè, ceteri vero ec-
 clesie Presules etiam Episcopi ab ipso Papa
 mediatè, vel immediatè, directè, vel indirectè
 recipiunt. Probatur primo ex communi
 Theologorum Sententia, prestando, quod nec
 de Apostolis, nec de Universalis Concilio ullam
 volumus mentionem facere, nec de iurisdic-
 tione Episcoporum in genere, ut dictum est, sed
 agimus in particulari de iurisdictione, quam
 quilibet ecclesie Presul habet. Super omnes
 illi commissas. Quod autem Sententia hæc
 tam in re, quam in modo loquendi. Summorum
 omnium Theologorum sit, patet primo ex D.
 Thom. et quia abiqui ipsum perperam inter-
 pretantur, et tanta viri tanta est autoritas,
 quid de hac re in eius scriptis invenit, in
 medium proponam. In primis. 2. 2. q. 39.
 art. 3. dicit, quod duplex est spiritualis
 potestas, scilicet sacramentalis, et iurisdic-
 tionalis; Sacramentalis per aliquam consecra-
 tionem confertur, omnes autem consecra-
 tiones ecclesie sunt immobiles manente re,
 que consecratur, et ideo talis potestas manet
 in homine quandiu vivit, et non sit Schismaticus
 hæreticus, nam rediens ad ecclesiam non
 iterum consecratur. Potestas autem iuris-
 dictio

dictionalis est, que ex simplici inuentione ho-
 minis confectur, et talis potestas non inmo-
 biliter adheret, unde in Schismaticis, et he-
 reticis non manet, ^{ut} quasi non possunt nec ab-
 soluere, nec excommunicare, nec indulgentias
 frare, aut aliqua huiusmodi, ^{et} quod si fecerint,
 nihil est actum. Cum ergo dicitur tales non
 habere potestatem spirituales, intelligendum est,
 vel de potestate secunda, vel si referatur ad
 primam potestatem, non est referendum ad
 ipsam essentiam potestatis, sed ad legitimum
 usum eius. Hec omnia. D. Tho. Ubi secundum
 ipsum potestas iurisdictionis datur ab homine
 et est amouibilis, et non datur per consecra-
 tionem; nam secundum illum est immouibilis;
 ergo de iure humano est secundum ipsum in
 Episcopis, et inferioribus Papa, qui de talibus lo-
 quitur in dicto art.

Sed dices, Videbitur oppositum docere. 2. 2. q. 174.
 art. 6. ad. 2. nam illic dicit. Cura Episcopalis
 cum solemnitate consecratis committitur, at quod
 datur cum consecratione, vel per consecratio-
 nem datur a Deo, et non est auferibile, ut
 ex eodem Thoma precedenti loco dictum est.
 Sed respondeo, quod si bene Thom. hoc intelligen-
 tur, declarat magis et confirmat, quod ex
 ipso adduximus, scilicet potestatem iurisdic-
 tionis in Episcopo esse ab homine, et esse de

hunc humanam in isto particulari Episcopo, et non
 divino. Nam S. Thom. ut ostendat quod Episcopi
 sunt in statu perfectionis, non autem Parochi
 vel Plebani; valet ex facto ecclesie illud.
 ostendere per hoc, quod quando plebano com-
 mittit ecclesie curam animarum singula
 in iudicando illam illi committit; Episcopo vero
 admittuntur oues, et cura pastoralis, et potes-
 tas iurisdictionis. Supra illas oues cum solem-
 nitate consecrationis; Ubi adverte, quod non
 dicit Thomas per consecrationem, sed cum
 consecratione, hoc est cum consecratur; ac si
 diceret, simul Episcopo illi, qui consecratur
 datur a Deo consecratio, et datur illi a Papa
 potestas iurisdictionis; Et quod ita intelli-
 gat Thomas scilicet, quod illam curam et iuris-
 dictionalem potestatem non ^{datur} datur illi per consecra-
 tionem, patet ex sua doctrina iam adducta.
 2. 2. q. 39. ar. 3. nam non esset ab illo au-
 feribilis; cuius contrarium ipse Thomas docet.
 eodem. 6. art. 2. de questione. 134. in corpore,
 ubi in fine corporis articuli sic dicit. Pleba-
 ni possunt curam ouium, et animarum re-
 linquere, sine licentia Episcopi; Episcopi autem
 quia sunt in statu perfectionis, non nisi au-
 thoritate Summi Pontificis possunt Episcopalem cu-
 ram desecare, et ex certis causis. Unde

c. licet de ^{hys lapp.} ~~hys lapp.~~ ^{conclades} ~~conclades~~ quoniam talem curam non datur Episcopi
 episcopi - c. nisi
 cum pridem de venunt. per

per consecrationem; alias nec cum auctoritate
 Papae, nec ex alicuius causis potest Episcopus illa
 deservere; quia quod per consecrationem datur
 (secundum ipsum) est inaufertibile, et inamitti-
 bile manente re; immo ibi maxime advertē
 Verba Thomae, scilicet in ecclesia cura Episcopi
Episcopo committitur; advertē, committitur;
quo committitur, nisi a quo assumitur
 in partem solitudinis, cum dat illi gregem,
 et illas animas, quas illi committit, qui est Papa.
 Immo clarē patet quod oves, et talibus
 diocēsi potestate non ~~dat~~ ^{day} per consecra-
 tionem; quoniam quando Papa mutat illū
 Episcopum de illo Episcopatu ad alterum; dat
 illi alias oves, et aliam Superioritatem, et aliam
 iurisdictionem; et tamen non per aliquam con-
 secrationem, sed ex simplici iniunctione. Ergo
 etiam sic dedit in primo Episcopatu, cum sit
 et consecratus. Idem. D. Thom. in additio. ad
 3. p. q. 17. art. 2. ad 2. ait. Dicitur quod om-
 nis potestas datur cum aliqua consecratione;
 et ideo clavis cum ordine datur, vel execu-
 tio clavis indiget materia debita, quae est
 plebs subdita per iurisdictionem, Unde quod-
 modo iurisdictionem distinguit a potestate
 data per consecrationem, et iurisdicō facit
 plebem subditam, quam iurisdictionem dat
 ecclesia, ut statim docet. Idem q. 19. art. 6.

in corpore articuli dicit, quod in Hæreticis, Schi-
 maticis, excommunicatis, et degradatis manet
 clauum potestas, Sed usus impeditur ex de-
 fectu materia; Cum enim usus clauum, in
 utente prelationem requirat respectu eius in
 quem utitur, propria vero materia in quam
 exercetur usus clauum, est homo subditus;
 et quia per ordinationem ecclesie subditus
 unus alij, ideo est. quid clarius? Aduerté
 Verba, prelationem requirat, et quod per
 ordinationem ecclesie unus subditus alteri.
 Ergo ex iure humano est prelatio, et supe-
 rioritas, et quod unus alteri subdatur, quia
 per ecclesiam fit, et non dicit per Christum.
 Idem q. 20. art. 2. per totum, et particularior
 in solut. ad 1. dicit, quod ad abolitionem
 a peccatis requiratur duplex potestas; prima
 ordinis, et secunda iurisdictionis. Prima aequi-
 liter datur in omnibus sacerdotibus est. Secun-
 da autem non datur equaliter omnibus sacer-
 dotibus, et tandem concludit, quod usus poter-
 tatis ordinis debet esse præsupposita potestate
 Petro collata secundum ipsius ordinationem.
 Vbi aduerté primis illa Verba, quod potestas
 iurisdictionis non datur equaliter omnibus sa-
 cerdotibus. Ergo non datur per consecrationem;
 alias equaliter daretur. Secundo aduerté
 ultima Verba, quæ totam rem pandunt, scilicet
 quod

quod potestas ordinis debet operari prae-suppo-
 sita potestate Petri collata, scilicet prae-supposita
 potestate iurisdictionis supra totum orbem Ter-
 tra collata à Christo; quia per illius ordina-
 tionem debet descendere iurisdictione requisita,
 et potestas iurisdictionis, ad hos, vel illos, ut pos-
 sint à peccatis absolvere. Adduci poterat. D.
 Thom. in innumeris locis alijs; sed ~~adducitur~~
 adducta sufficere, quoniam omnes Thomistae
 sic Thomam intelligunt; et eandem doctrinam
 tenent, dempto Turresemata. Idem docet
 Alex. Alens. q. p. q. 79. memb. 3. ar. 2. et 3.
 do. memb. 3. art. 2. Nec postea q. 81. memb.
 4. ar. 1. contrarium dicit ut aliqui existimant;
 licet enim asserat, quod in consecratione Epis-
 copi extenditur caractere sacerdotali, ad ec-
 communicandum per dationem Baculi; addit tamen
 quod iurisdictione^{nem} non esset in superioribus; et hanc
 quod fuisse collatam fuit Petro, quia erat Praelatus,
 et ideo descendere in personas ecclesiasticas,
 quae habent praelationem. Idem docet. D. Bo-
 nauert. quia in q. dist. 78. q. 3. et dist. 19.
 q. 1. art. 2. meminit extensionis caracteris
 in consecratione. Infra vero dist. 28. q. 2.
 dicit, quod iurisdictione^{nem} descendere ordinate
 a superiore^{Praelato} ad inferiore; ita quod plenitudo
 est in Summo Pontifice, et ideo potest auferre
 eam. Idem tenet. Scotus dist. 19. q. ar. 3. et 4.

Et Ricard. de media villa dist. 18. q. 1. art. 3. et q.
 4. art. 1. et Chirius dist. 24. q. 8. art. 1. et 3.
 D. Antonig. florentinus in Summa 3. p. tit. 22.
 cap. 2. de potestate Papa 8. 3. Durand. dist. 19.
 4. q. 2. et infra dist. 23. q. 1. in solut. ad. 2.
 Palud. in eadem dist. 19. q. 1. et dist. 24. q. 6.
 Capreolus dist. 19. q. 1. art. 1. et 3. ad. 3. arg. et
 dist. 23. q. 1. Item nominalium ceterum in
 dicta dist. 19. 4. quos sequentur Neotheca
 Victoria, 2. relectione de potestate ecclesie. q. 2
 et presertim a propositione. 26. usq. ad 30. Bar-
 tholomaeus a Miranda in libello suo de residen-
 tia pastau. in fine. Et Magister Cano in re-
 lectione de penitentia, et Soto pluribus in locis.
 Sed presertim in 4. d. 20. q. 1. art. 4. ubi de hac
 potestate iurisdictionis disserit, et dist. 67.
 addit. Illam tamen auctoritatem non susci-
 pient Episcopi, nisi per Romanum Pontificem
 Petri Successorem. Vide ibidem art. 3. et 4.
 et lib. 10. de pot. et uer. q. 1. art. 3. Et Joan-
 nes Driedonus lib. 1. de libertate Christiana
 cap. et clarus cap. 13. Et Joan. ferus tomo
 4. de ream. homin. homin. 89. Antonig. Pagan. de
 ordine iuris et iurisdictione Episcoporum, ubi alios
 multos tam Theologos, quam iurisperitos refert, et sequitur.
 Et Robertus Bellarminus tomo 1. controversia
 3. lib. 4. cap. 24. quod probat, quia si Episcopus
 vel

Vel aliter a Papa hanc iurisdictionis potestatem
 haberet a Deo immediate, non posset Papa illa
 auferre; nequit enim Pontifex aliquid facere
 contra Dei ordinationem: et certum est id Sa-
 piens fecisse. Unde D. Bernardus, epist. 131. ad
 Mediolanenses inquit. Potest Romana eide-
 m non novit ordinare Episcopatus, ubi haec enim
 non faciunt; potest eos qui sunt, alios depri-
 mere, alios sublimare, prout ratio sibi dicat
 iussit. Nec sufficit respondere cum Alenti,
 habere iurisdictionem a Deo, sed tamen sub
 Pontifice, et ideo licere illi illam tollere, et mu-
 tare; nam presbyteri etiam habent potestatem
 ordinis, sub Pontifice tamen, quia illam habent
 a Deo non potest Pontifex eam ita tollere, ut
 si velint non possint eam tolli. Et si adhuc res-
 ponderes, posse Pontificem auferre materiam
 subiectam Episcopo, hoc est, oves eius alteri sub-
 iungere, et ea ratione non proprie illi auferre
 iurisdictionem, sed efficere indirecte, ut illam
 perdat. Respondet ipse Bellarminus, ~~quod~~
 potestas ^{tem} iurisdictionis relationem significat ^{re} pre-
 lati ad subditum; ea relationis autem uno
 potest, vel sublati, necessarium esse alterum
 poni, aut tolli. Ergo si non potest Episcopo
 auferri iurisdictione, nec potest fieri, ut popu-
 lus non sit ei subiectus. Hanc veritatem probat
 Magister Banez. 2. 2. q. 1. ar. 10. parte. 2. dub. 5.

multis Sanctorum Patrum testimoniis, et Pontificum
 placitis, optimisq; rationibus.
 Et si contra obijciat. Potestas iurisdictionis et
 necessaria ad exercendam potestatem ordinis.
 Ergo Deus qui confert potestatem ordinis, confert
 etiam et iurisdictionem. Patet consequentia
 ex supradicto fundamento, qui dat finem, dat
 necessaria ad finem. Respondet utrumq;
 Deum conferre, sed unum immediate, quod
 requirit characterem, et gratiam, quam solus
 Deus efficere potest; alterum vero mediate
 quod duntaxat requirit Superioris potestate.
 Unde Romani Pontifices hinc inherentes ve-
 ritati, sic utuntur verbis in creando Episcopis.
Providemus ecclesie tali, de tali persona,
et preficimus eum in pastorem, et pastorem,
et Episcopum, eiusdem ecclesie, committentes
ei administrationem intemporalibus et spiri-
tualibus, in nomine Patris, et filij et Spiritus. Amen

Octavum Dubium §
 An Summus Pontifex, divino iure
 habeat iurisdictionem in personas
 ecclesiasticas, specialem ab illa qua
 diximus habere super omnes fideles?
 Quastio hec multa supponit, qua ecclesiasticarum
 personarum, et bonorum, que possident immu-
 nitatem, et exemptionem concernunt, qua longius
 esset

esset recensere. Ceterum, ut ea tantum qua
ad nostrum spectat propositum, debita civitate
in medium proponere liceat; certa ab incer-
tis sunt separanda.

In primis est notandum, quod post Joannem Vv
Choff, iam damnatum in Concilio Constantiensi,
et post Martinum Paduanum, et Joannem de
Laudino damnatos per Extravagantes Jo. 22.
Nostris temporibus, prave impietatis Seditores, tot
in ecclesiasticam libertatem, et exemptionem obicere, ut
~~etiam~~ etiam antiquos Chronicos Imperato-
res, imis et illos Tyrannos odio, et immanita-
te Superare videantur; Horum alij Clericatus,
et alij Monachatus apostata, ex quibus lupi
effecti, hunc specialem Christi gregem, quem
ex generali Christi ovili ab exordio nascentis
ecclesie Selectum, et innumeris ipsius Christi pri-
vilegijs, immunitatibusq; ornatum, Vide mus,
penitus evertere totis viribus conantur. Vide
Nicolaum Sanderum in suo libro de Viribilibi Mo-
narchia, et Robertum Bellarminum.

ubi?

2^o est advertendum, quod licet omnes Catholici
Doctores fateantur ecclesiasticas personas, et eo-
rum bona, libera esse a potestate seculari; est tamen
suum sub iudice an hoc clerici contingat divi-
na iure, an humano.

Prima Sententia asserit personas ecclesiasticas, et
eorum bona divini iure exempta a potestate seculari

immediata

et subijci Pontifici Summo, et his, quibus ille commiserit. Ita tenent celebres glossae in cap. tributa v^o de exterioribus 23. q. 3. 8, et in cap. quinquam, de censibus in exterioribus 6. et in cap. si Imperator. 96. dist. Verbo ^{et disati} ~~franch.~~

Hanc Sententiam sequuntur innumerati Doctores in dicto cap. si Imperator, quam optime defendit Cardinalis in repet. cap. perpendimus. 7. opposit. de sent. excom. Roma. in singulari 414. +

+ Duenas regularos qui ampliat s. modis Humada ml. si. tit. 6 p^a. 1. glo 4. ubi Gregorius

Abbas, Felinus, et Decius col. 2. in cap. ecclesia Sanctae Mariae. de constit. Nota in antiquis. 840. et antiquioribus tit. 2. de consuetudine. Abbas in cap. At si clerici nu. 23. de iudic. Auferius in Clem. 1. de off. ordin. Verbo ad questionem. Eandem Sententiam eidem sequuti asserunt commuam esse. Felinus in dicto cap. 2. col. 1. de mai. iorit. et obed. Rochus Curbius in cap. ult. de cond. folio parus. 51. col. 4. Rebuffus in concordatis, Rubrica de protectione.

2^a opinio docet Clericos, et eorum bona, exempta esse a seculari potestate non iure diuino, sed humano. Cuius Sententiae, plures refert patronos Covarrub. in pract. quest. cap. 31. sub nu. 2. quam certis ipse limitationibus Veriorem ipse iudicat; ipsum sequuntur Dominicus Soto in 4. de 25. q. 2. art. 2. et praedictus Bellarminus tomo. 1. controuersa. 5. lib. 1. cap. 22.

Ceterum his conclusionibus perspectis, quibus tres Doctores

Doctissimi isti viri uno ore questionem hanc ab-
 solvunt, fateor me non omnino eorum plura
 peripere. Dicunt enim primo, certam esse
 Clericos iure diuino exemptos esse à iurisdic-
 tione seculari in his, quae verè ac propriè
 spiritualia sunt, et in nullo dependent à legi-
 bus civilibus, quales sunt controversiae de ordi-
 nibus ecclesiasticis, de sacramentis, de fide,
 et alia id genus, quod quidem multis ratio-
 nibus præstant, et sic interpretantur auctores
 primæ sententiæ. Sed hoc gratis. Tum quia
 nemo Catholicorum, immo nec hereticorum plu-
 rimi contrarium unquam somniaverunt. Tum
 etiam quia hoc minime spectat ad specia-
 lem Clericorum exemptionem, de qua disputant;
 cum fide catholica tenendum sit Pontificem
 summum diuino iure eandem habere potesta-
 tem, etiam circa seculares in causis merè
 spiritualibus. Ergo Doctores, quibus placuit
 sententiæ asserere clericos esse exemptos
 diuino iure, non meminerunt causarum merè
 spiritualium, circa quas omnes fideles tam
 seculares quam clerici pari pede currunt.

2. asserunt, clericos nullo iure exemptos esse
 ab obligatione Legum civilium, quæ non repug-
 nant sacris Canonibus; neque tamen à
 principibus secularibus multari, si prædictarum
 Legum fuerint transgressores; et utriusque ex diuino iure colligit.

3. dicunt, ~~quod~~ ^{pen} exemptio clericorum in rebus po-
 liticis introducta esse non iure diuino, sed humano.
 Et addunt quarto, quod Summus Pontifex
 possit, et debere clericos, et eorum bona a seculari
 iurisdictione eximere; et ~~quod~~ Principes
 seculares non possunt huic immunitati de-
 rogare, et hoc probant; quia immunitas cleri-
 corum ortum habet ex diuino iure, Et sic
 explicant Doctores secunda sententia; sed im-
 merito; quia licet aliqui confuse loquantur;
 multi manifeste testantur, clericos exemptos
 esse in rebus politicis, privilegijs Principum
 secularium, quatum plurima refert Couar. quibus
 postea accesserunt Decreta Pontificum,
 que predictam Principum gratiam ab ipsis
 quasi acceptam presupponunt.

Et certe si immunitas hac ortum habet a iure
 diuino, vel in aliquo ad ius diuinum pertinet,
 ut Doctores isti unanimiter fatentur; et
 Papa potest leges Pontificias statuere, quibus
 hanc immunitatem frimet, etiam in politicis
 circa personas, et bona clericorum; Et sic
 primi Principes huic exemptioni nequeunt con-
 trahere, quia omnia certissima esse credo,
 et si ea probare licet, et isti Doctores probant
 eisdem rationibus, quibus communiter probatur
 Papam posse leges condere, ad bonum regimen
 ecclesie, panibus igno, quomodo concedere
 possit.

postivus (absoluté loquendo) non esse de iure
 re diuino, sed humano? Propter quod, et quia
 auctores secunda sententia alij modo se
 loquuntur, alij vero, ut Carolus Molineus,
 et alij, de quorum pietate multi dubitant,
 sine limitatione, intrepide, et absoluté defen-
 dunt exemptionem hanc in omnibus esse de
 iure humano, puta regio, et latet anguis
 in herba; quia ex consequenti facile deducere
 possunt Harbici ad Reges pertinere ius
 hoc explicare, limitare, vel penitus abrogare,
 quia per quas cumq; causas nascitur, per eas
 dem potest quid dissolui. L. nihil tam natu-
 rale, ff. de reg. iur. L. quoniam admodum de ac-
 qui renda possit. Ideo sub tantorum Virorum
 Censura, ipsorum doctrina, et fundamentis in-
 haerens aliquid duci loquendum. §.

Et praenoto quod ius, ususq; iuris non sunt idem,
 nec semper ad idem principium reducuntur;
 quo fit plura esse de iure diuino, quorum unus
 ad ius humanum expectat; ut si de Decimis
 sit sermo, iure naturali, et diuino debetur
 ecclesia Ministris ea pars fructuum, quae
 ad eorum alimenta, et congruam sustentationem
 dum spiritualia ministrant necessaria sunt.
 Caeterum decime, quantum ad partem, quae
 vere decima pars est in lege Evangelica, ex
 iure tantum Pontificio instituta sunt, ad imi-
 tationem legis diuinae, ut in cap. 1. de Decimis.

Ex eo humano iure tantum alteri obligatio
 eas solvendi, ut communis, et verior sententia
 tenet. Item dicendum est de observatio-
 ne festorum, et in alijs multis. Quo supposito ab-
 solvetur quoad aliquibus propositionibus.

Prima assertio. De iure naturali est Ministris
 divini cultui dicatos, speciali honore, et examp-
 lione affici, etiam circa bona, quae possident.
 Patet, quia ius naturale, teste Arist. 5. ethi.
 c. 7. est quod ubique eandem vim habet,
 et immutabile manet, D. Sed naturalia, inst.
 de iure natu. De quo clarius Cicero in lib.
 de lege, et inventione inquit, quod non opi-
 nione aliqua, sed vis quaedam innata nobis
 inseruit. Huius naturalis legis meminit
 Paul. ad Rom. c. Gentes, quae legem non ha-
 bent, nempe positivam, quae legis sunt scriptae;
 habent enim operis legis scriptum in frontibus
 suis divino illo lumine illustratione, de quo
 Regius canit Proph. ps. 4. Signatum est su-
 per nos lumen vultus tui Domine. Quod
 explicans D. Isidorus, et refertur in cap.
 ius naturale, inquit. Ius naturale est com-
 mune omnium nationum. Et Justinianus
 in dict. D. Sed naturalia quidem iura (ait)
apud omnes gentes peraeque observantur.
Ideo quae ubique habetur in iure naturali,

non constitutione aliqua. Et hoc princi-
 pio omnes colligunt, sacrificare Deo esse de
 iure natura; et similiter esse sacerdotes, id est
 speciales Ministri, qui diuino intenderent cul-
 tui, et sacrificijs, quia gentes sine Lege solo
 naturali lumine edocuit id fecerunt. Unde
 Arist. 6. eth. c. ult. et lib. 7. c. 3. inter Magis-
 tratus reipub. necessarios enumerat Sacerdo-
 tes in primo gradu, et Pontifices maximos vocat,
 qui reliquis praeerant. Ex eodem principio
 probatur modo nostra assertio. De lege natura
 est, esse sacrificia, et sacerdotes, quia gentes
 nullam Legem scriptam habentes solo lumi-
 ne naturali hoc recte fecerunt; Ergo de lege
 naturali est Ministros illos, et illorum bona
 speciali officii privilegio. Patet consequentia,
 quia gentes, quae Legem non habebunt scriptam
 sic recte custodierunt. Quod refert Petrus Ri-
 tius, in suo directorio. c. 92. Immo et ex Aegypti-
 corum legibus terra peres publicorum vectiga-
 lum dabatur Sacerdotibus, ut inquit Diodo-
 rus in factis Aegyptiorum. Et Nauclerus in
 sua Chronographia, generat. 16. Quos refert
 Othloria de nobilitate par. 3. c. 1. n. 1. Nec per
 2. c. 1. n. 9. -
 ritorum hominum indigenas testimonio cum
 Videamus Genesios. 47. Pharaoni subieci

in tributum sempiternum omnes possessiones
 Aegyptiarum, manentibus Liberis, quae ad sa-
 cerdotes pertinebant. Et 1. Crónicas. 7. Legimus
 Artaxerxem Regem paganam ministris suis
 scripsisse. Vobis quoque notum facimus de uni-
uersis: Sacerdotibus, et Levitis, et cantantibus,
et cantantibus, Nathaneis, et ministris domus
Dei huius, ut redigat, et tributum, et annu-
as non habentis potestatem imponendi su-
per eos. Ecce reges barbari nulla alia le-
ge in naturali, in publico omnes diuino cult-
ui dicatos, speculi privilegio, et exemp-
tionis contra affectu. Liberos communes reddunt.

2^a Assertio. Praedicta Ministrorum Dei exemptio,
 et specialis honora, tam in personis, quam in bo-
 nis, absolute, et quoad specificationem sunt olim,
 et modo, est de iure diuino. Nec solum asser-
 tum diuino inniti, sed esse de iure diuino;
 quia sic loquuntur Pontifices Summi, quorum
 redigijs inherendum est. Probatum assertio, et
 quod in lege veteri sacerdotes, et enim bona
 multis gauderent privilegijs, etiam in politicis;
 nulla indiget probatione, cum constat 1. Cr. 23.
 et 27. et Num. 3. et 18. et multis alijs in
 Lois, quorum meminit hoc enumerans pri-
 uilegia. Abundans. q. 117 et 143 nu. 3 super
 Matth. 23. De lege autem noua patet assertio

ex Paul

ca Paul. 1. Cor. 13. ubi probat ecclesiam pres-
 tantioram esse Synagoga. ex ampliori potestate,
 et maiori dignitate Ministrorum, ut dicto
 quinto explicavimus.

2. Probatur ex illo Matth. 17. quod tibi vide-
tur Simon, Reges gentium a quibus accipiunt
tributum, a suis, an ab alienis? Respondit Symo,
ab alienis. At Dominus, ergo liberi sunt filij.
 Quod explicans. D. Hieron. in hoc loco probat
 clericos, tanquam Regni filios immunes esse
 a tributis. Et D. Aug. lib. 1. quast. Euang. l.
 q. 23. sic ait. In omni regno intelligendum est
 liberos esse filios, id est non esse vedigales;
 multo ergo magis liberi esse debent in omni
 regno terreno filij regni illius, sub quodunt
 omnia regna terra. Ergo iuxta mentem D. Aug.
 ex hoc loco Euang. cleri, qui sunt maxi-
 me filij, et domestici Summi regis liberi sunt. Non
 me latet. D. Thom. ^{22. quast.} testimonium hoc D. Aug.
 explicare de omnibus Christi fidelibus, quos
 vocat filios regni, ac proinde liberos a servi-
 tute peccati. Nequeunt tamen Verba Aug. huc
 habere sensum sicut bene inquit Cornelius Jan-
 senius quia D. Aug. discrete dixit filios regni li-
 beros esse a vedigalibus, licet ipse Jansenius
 perius, et sine apparentia explicet Aug. inquit
 enim per filios regni intellexisse filios Dei

naturales, id est Christum, ac si per impossibi-
 le alij essent. Redicula quidem evasio.
 quorsum enim D. Aug. de filio Dei natura
 si in plurali numero loqueretur, cum con-
 ferret non esse, nec posse esse numerum Dei
 filium naturalem? Non igitur loquitur
 Christus de se solo, nec de omnibus Christianis,
 nec de solis iustis; quia tamen iusti, quam pec-
 catores tenentur reddere tributa primis
 iudis, dicente ipso Christo. Reddite, quae sunt
Cæsari Cæsari etc. et Paul. ad Rom. 13.
Reddite omnibus tributa etc. Ergo loquitur
 de solis ecclesiasticis, ut docent. D. Hieron.
 et Aug. quos optime explicat Abulens q. 19.
 in cap. 17. Matth. et Luc. 22. q. 104. ut 6.

3. et efficacius probatur ex divina traditione,
 et prout, ~~quod~~ licet fide catholica tenendum
 sit, non omnia, quae ad divinum ius spectant
 tradita nobis esse scripto; multa enim acce-
 pit ecclesia ex Apostolica traditione; non
 tamen omnia, quae nobis tradiderunt Apo-
 stoli eiusdem ~~est~~ rationis, sed tripliciter ^{fore} dis-
 tinguen- da. Nam vel ad fidei doctrinam per-
 tinent; vel tantum ad mores, et ecclesiasticam
 disciplinam. Si primum, quavis Apostoli non
 acceperint illa immediate, a Christo domino

sed

71

Sed postea Spiritu Sancto Suggestente et docente,
iuxta Christi promissionem, tenenda sunt tan-
quam fidei catholicae dogmata, si autem
ad secundum genus pertinent, rursus distin-
guendum est, Nam vel illa tradiderunt Apo-
stoli tanquam perpetuo observanda, vel tan-
tum ad tempus pro necessitate aliqua tunc
occurrente; et si huiusmodi fuerint, non apud
nos nullam habent firmitatem, talia autem
sunt, Sabati observatio, abstinencia a sista
culo, et sanguine; et secundum aliquos Bap-
tismus in nomine Jesu christi. Si autem per-
petuo observanda sunt, est iterum distinguens
tum; nam vel ab ipso Christo domino sunt
ordinata, et sic dicuntur Traditiones divinae
et inviolabilem retinent observantiam usq[ue]
ad finem seculi, et huiusmodi sunt, quae perti-
nent ad constitutionem materiae, et formae
Sacramentorum. Si autem ab Apostolis ipsi
tanquam Christi Vicarijs tradita sunt, non
instituta Christo, sed ipsis decernentibus, hu-
iusmodi non sunt divinae, sed humanae, et
ecclesiasticae traditiones, quales est observatio cer-
tunij quadragesimalis, et aliorum dierum,
vita immersio in Baptismo, et sacramenta-
lis communicatio Ministerum in sacrificio Missae,
et alia huiusmodi; quae cum non habeant insti-

titutem diuinam immediate, sed humanam
 tantum, habent rationem legis ecclesiasticae,
 et sic abrogari possunt humana potestate.
 Unde quamvis ex his nonnullae traditiones in ec-
 clesia maneant, tamen multae etiam sunt abrogatae.
 Sed dicitur. Unde constat hanc traditionem esse
 perpetuam, illam autem temporalem, et hanc
 spectare ad ius diuinum, illam vero ad humanum?
 Respondetur, quod nullo alio modo hoc constat, nisi
 ex usu, et decreto ecclesiae sic explicantis; nulla
 enim alia regula potest discerni vera traditio
 a falsa, et traditio de iure diuino a traditione
 de iure ecclesiastico, quod quidem certum est
 tam circa illa quae tradita sunt nobis scripto,
 quam uerbo. Hoc supposito tale colligo argumentum.
 Lexiui gaudent aliquibus privilegiis etiam in
 prohibitis ex perpetua usu ecclesiae, et contradic-
 tionibus Principum. Semper ecclesia restitit asse-
 rendo esse de iure diuino; Ergo simpliciter
 dicendum est exemptionem hanc esse de iure
 diuino. Minus patet ex Concilio Lateranense
 I. sub Alexandro 3. et ex Laterano 2. sub Inno-
 cen. iij. et ex Decreto Alexandri iij. ut habetur
 in cap. quamquam de censibus in 6. ubi Be-
 nifacius 3. sic ait. Cum ecclesiae, ecclesiasti-
cae personae, ac res ipsarum, non solum iure hu-
mano, quinimmo et diuino a secularium perso-
narum

narum actio nibus sicut immunes esse. Ergo
 hic dicendi modus proprius est, et conveniens
 cum modo loquendi Sanctorum Patrum
 et Pontificum Summorum.

Tertia assertio. Clericorum exemptio, quae modo
 gaudent tam in personis, quam in bonis quoad
 usum, vel exercitium de iure humano est, eccles-
 iasticis scilicet, et civili. Hoc patet ex innume-
 ris ecclesiae, et Imperatorum Decretis, quarum
 meminere praedicti Doctores. Est tamen ad-
 vertendum, quod hoc interesse inter Decreta
 ecclesiae et circa exemptionem clericorum in
 politis, et Decreta Principum secularium, quod
 Pontifex Summus praedictorum Decretorum auctor,
 vel confirmator, habet se sicut praecipiens, et
 habens à Christo domino potestatem, et divini
 iuris interpretis, quoad eius usum; Principes
 vero temporales habent se tanquam protecto-
 res mandatorum ecclesiae, et adhuc suam vo-
 luerunt eximiam ostendere pietatem, et ver-
 nientiam, exemptionem hanc prout poterat concedere.

Et si contra hoc Carolus Molinensis plura re-
 ferat privilegia principum aut civitatum conce-
 dentium ecclesiasticas exemptionem hanc, quos
 Pontifices Summi, sacraque Concilia non repre-
 hendunt; immo, gratias humiliter reddunt, quod
 minima favore debuissent si hoc direde, et
 simpliciter ad ecclesiam applicaret.

Respondetur primò, valde oportuisse modum
 illum loquendi Principum tolerare Pontifices,
 ut ecclesie paci, et quieti consulere. Princi-
 pes enim pijs et de hoc recte sentientes, et
 proprius loquentes, non auctoritative, sed hu-
 milibus verbis, se filios, et non iudices Ministro-
 rum Dei esse testantur: Ut constat fuisse Con-
 stantinum Magnum, qui ut refertur in cap.
 continua 11. q. 1. et in cap. futurum 12. q. 1.
 cum quæretam quorundam existentium in
 Nicæna Synodo coram se delatam confiteretur, res-
 pondit. Vos à nemine dividari potestis, quia
ad Dei iudicium solius reseruatimini. Et
 quam humiliter in Synoda illa se gesserit
 Constantinus narrat Eusebius lib. 2. de vita
 ipsius. cap. 10. Et Socrates lib. 1. c. 5. et The-
 odoretus lib. 1. cap. 7. Idem sæpe Constantinus
 Magnus, et Pepinus fecere. Et tandem
 si tantum est apud Molineum Principes loquen-
 tes esse tanquam potestatem habentes, nequis-
 sit ipse negare, quod post omninam reveren-
 tiam, qua Constantinus, Theodosius, et alij
 potentissimi Imperatores fatentur se, suam Ro-
 manis Pontificibus subijci debere; eorum Suc-
 cessores etiam Catholici, Leges condiderunt, qui-
 bus cautum est non licere Pontifici Romano
 sua ubi auctoritate donec certa quantitas Im-
 peratori solueretur, et ab eo Pontificis electio

approbaretur, et patet ex cap. Agato. dist. 63.
 et Ludouico. 2. qui anno 857. exemptionem
 hanc renoutrauit, ^{et} maximas Benedicte. iij.
 humillime exhibuit gratis; quasi dominus
 Iesus Christus suum Vicarium, cuius deditionem
 Seculari Principi subijceret, Parum ergo refert
 ipsos seculares principes, praedictam Clericorum
 exemptionem concedentes, auctoritate loqui,
 illisq. Pontifices gratis exhibere; quia Roma-
 ni Summi Praesules suam, prout licebat redi-
 mebant vexationem, quam propter Tyranni-
 dem principum patiebantur, ut constat ex.

cap. Hadrianus dist. 63. ubi concedit Pontifex, et c. in synodo d.
 Imperatorem ius habere eligendi Pontificem; dist. 63. Sane etiam
 At mutatis temporibus, ac Tyrannide ablata eligendi facultatem
 hi iidemq. Pontifices, qualiter, et a quibus Leo, Ottoni pxi
 sit Imperator eligendus decernunt, ut patet mo Theutonicorum
 ex cap. venerabilem, de elect. et electi potest. regi tribuit.

Et potenter Principibus residerunt, qui hanc
 Clericorum exemptionem turbare conabantur,
 ut ex cap. certum, et cap. Constitutiones dist. 10.
 Et ex cap. duo, cap. si impuata. dist. 96. Feli-
 cem, et Nicolaum, et Gelatinum constat esse
 dist. cap. porro. dist. 63. ~

2. et efficacius arguitur contra nostras assertiones.
 Si exemptio haec est de iure diuino quo ad spe-
 cificationem, et ad solum Romanum Pontificem
 spectat explicare ius hoc, quoad usum vel exer-

citum. Ergo secunda est hac exemptio pro
 ut explicata est per Romanum Pontificem
 sub pena damnationis aeternae; hoc autem est
 falsum; ergo et illud ex quo sequitur. Pro
 batur minor, quia in regna Franciae, et alijs
 Christianorum plurima licet in iudicijs secula-
 ribus executioni mandare contra clericos, quae
 saepe in sacris Canonibus sunt condemnata,
 quorum aliqua refert Jo. faber § ult. colu. 2
 in st. de satisdato. Auspicus in Clem. 1. de
 off. ordi. regu. 2. n. 1. et Guilielmus Be-
 nedictus in cap. Reimuntius de testam, verbo
 ad uxorem ^{non} ecclesiam de res. 2. n. 31. et 34. et
 Tiraqueus lib. de rebad. § 32. glos. 1. n. 31.
 Non ergo dicendum est tot pios viros esse in
 statu damnationis. Ergo etc. Respondetur.
 Id non licere dictis iudicijs ex legibus regu-
 norum illorum, quae nihil possunt licite con-
 cedere contra Decreta Pontificum, sed ex pri-
 vilegio Sedis Apostolicae; vel ex consuetudine
 quae optima est legi interpreti, ut docet Inoc.
 3. cap. cum dilectus de consuetudine, quae si
 legitima est, et debito temporis transcurso
 observata vim habet privilegij, ut Doctores
 fatentur ad cap. finale de consuet. Et iuris-
 dictionem confert talis consuetudo, cap. cum
 contingat. de foro compet. quia vim sumit,
 et robur ex Principis scientis, et volentis per-
 missionem

missione, que omnia satis constant in exemplo
 adducto, de Decimis, quarum preceptum, ut
 supra diximus de iure diuino est, et quoad
 vsum, vel quotam, de iure Pontificio. Horum
 autem Delictorum, quibus decima pars fructus
 um precipitur solvenda optima integer est
 conductus, quod omne optime inuit. De re-
 rum Incent. 3. et Concl. Lateran. ut habe-
 tur in cap. in aliquibus. de Decimis ubi dicitur.

*originalis de omnibus
 ministris et iudicibus
 de iure aug. non
 per se dicitur*

Ille quippe decime necessariis solvenda sunt
que debentur ex lege diuina, vel soli consue-
tudine approbata. Sed quia multi turpissimas
 corruptelas contra ecclesiasticam libertatem
 consuetudinis nomine, Pontificis permissione
 firmate humilitate conuicti, est notanda
 glossa in cap. omnes ^{permissit} dicit. 3. et cap. 4. et dif-
 ferentia inter permittere, et precipere, quam
 docet Christoph. et habetur. 31. q. 2. quod enim
permittimus (aut. S. dicitur) nolentes precipimus,
quia mala omnia voluntatis prohibere non possumus.

Quarta assertio. Clerici tenentur secundum
 vim directiuam, ad obseruationem iustarum
 legum ciuiliam, que non repugnant sacris
 Canonibus, vel officio clericali. Patet, quia
 clerici sunt ciues, et partes reipub. politicae,
 et gaudent priuilegijs talibus ciuibus concessis
 in politica. Ergo ut tales tenentur uiuere ci-
 uilibus legibus. Si enim leges constituit preta

ms. 10

nentur ad observatio-
 nem huius et similiarum
 legum. quia si ab
 his omnibus ex-

rebus venalibus, vel iubent non exportari
 frumentum extra provinciam, vel alia huius
 modi necessaria ad optimum regimen reipub.
 et ad eius conservationem; et clerici etiam te-
 nentur ad observatio-
 nem huius et similiarum
 legum. quia si ab
 his omnibus ex-

*omnibus exonerantur esse confutis, maximam
 incommodum, immo et interitus ipsi reipub.
 pararetur, quod abie à sanctissima lege Evan-
 gelica, qua omnes alia perficit. Unde op-
 time d. Chrysost. in illud ad Rom. 13. om-
 nis anima potestatis sublimioris subdi-
 ta sit, dicit Christi legem non tollere polit-
 cas leges, et ideo debere etiam sacerdotes, et
 Monachos eis parere. Et Pontifices ipsi
 hoc testantur, immo defacto precipiunt, ut
 constat ex Nicetas. 1. in epist. ad Michael-
 lem Imperatorem, et ex Leo. 3. in epist.
 ad Episcopum Paduanum. Et confirmatur
 efficaciter hac veritas. Exemplis clericorum
 quoad utrum sit de iure humano, nullo au-
 tem iure humano sunt exempti a talibus
 legibus, immo contrarium constat ex confes-
 sione ipsorum Pontificum. Ergo tenentur
 clerici politicas leges observare. Diximus
 autem secundum vim directivam, qui a secun-
 dum coercivam, certum est clericos non posse
 puniri a iudice politico, sed a suo pastore;
 quod multis decretis est manifestum. Sic statuit
 Causa Papa in epist. ad Felicem Episcopum

et Mon

et Marcellus epist. 2. et Greg. 1. lib. 11. epist.
 14. et alij multi, quorum Decretis inherere
 Sacra Synodus Calcedon. can. 9. Agatens.
 can. 32. Carthagin. 3. can. 9. Tolatana. 3.
 can. 13. Matisiacensis cap. 8. Immo et
 ipsi Imperatores sic fatentur, et imperant
 observari, ut constat ex Iulianis in novel-
 lis const. 79. et 83. et. 123. §

Novum Dubium

An Pontifex summus specialem

habeat potestatem in omnes

Religiosos, ab illa quam habet

in reliquos fideles, etiam

clericos.

præter illam

Respondetur unica conclusione. Licet Summus
 Pontifex divino iure Christianorum omnium sit
 caput, et Irasul, et specialem potestatem habeat
 in clericos, etiam circa politica; adhuc specialis-
 simam habet in omnes Religiosos, quales sunt
 qui aliquam ex approbatis per ecclesiam regulis
 proficiuntur. Hanc veritatem probat. D. Thom.
 2. 2. cap. 67. usq. 67. Opusculorum contra errores
 Græcorum, quem sequitur Cæcilius ad. 2. 2. q.
 88. art. 12. et Soto 7. de iust. et iure. q. 3.
 Idem notant Canonice post Innocentium 3.

quem, et plures alios refert, et sequitur Felix
 nus. cap. 2. de const. nu. 2, et ratio ista
 rum est, quia omnes Religiosi in suis re-
 gularibus observantijs ex aequo tenentur
 ratione Status regularis Summo Pontifici obe-
 dire, ac si per Speciale votum obedientia illi
 se contulerint, quod praeter ceteris eleganti-
 ssimè explicat Seraphicus Pater Noster Fran-
 cisus, qui in exordio sua regulae ait. Frater
Franciscus promittit obedientiam, et reverentiam
Dno Pape Honorio, ac Successoribus eius. Deinde
 agit de essentialibus religionis votis, obedi-
 entia, scilicet, castitati, et paupertate, et de
 reliquis regulae praeceptis, et consilijs, et tan-
 dem subdit: Ut semper subditi, & subiecti
pedibus eiusdem sanctae ecclesiae esse. Aqua
 Romana ecclesia merito regulae hae Minster,
 eximium hanc accepit dignitatem, ^{nempe} quod
 in integra iuri communi inseratur, Sicut
 Pontificibus Sumis ex professo explicatur, ut
 patet in cap. exist, qui seminat. de verb. sig.
 in 6. Et in Clement. exist de paradiso eod. tit.
 Inquit ergo Seraphicus Pater, Hec omnia
secundo ordine, Antio, et principio, ut semper sub-
diti et subiecti esse. Haec quomodo specu-
 alem hanc reverentiam ostendit, quod praeter
 ceteris Christianis, etiam clericis saecularibus Pon-
 tifici Summo submissi esse debent Religiosi

malis...

Et si contra objicias. Beatus Franciscus in
 sua regula vult expressè profiteri à suis fra-
 tribus. Et Religiosi Societatis Jesu Ultra tria
 vota essentialia religionis, aliud emittunt
 (ut fertur) Speciale votum, quo obedire pro-
 fitentur Pontifici Summo. Ergo aut imper-
 tinens est prædicta explicitè profiteri, aut re-
 ligiosi reliqui non specialiter ratione subdun-
 tur Romano Pontifici, ut D. Thom. et Innocentius
 testantur. Respondeo communi Juristarum
 axiomate, quod abundantiam cautelarum non
 nocet. l. testamentum. c. de testam. l. non
 solet 94. et alibi saepe de regul. jur. Unde
 licet prædictum speciale votum sit maximè
 commendandum, non inde sequitur, quod Re-
 ligiosos Petuitas, aut Monachos, magis subdi-
 tur in suis observantibus Pontifici Summo, quam
 ceteros Religiosos; cum omnium verarum Re-
 ligionum regulæ à Pontificis confirmatione,
 et vim, et robur accipiant, et ab ipso tota
 regularis obedientia dependeat. Ergo Specie-
 ali quædam ratione Pontifex Summus Religiosorum
 Pater est, et rector, cui Religiosi omnes tenentur
 specialiter obedire, sicut suo speciali Prælati, et
 Et huius specialis curæ respectu Pontificis, et specialis
 subiectionis respectu regularium, meminere ipsi Pon-
 tifices in exordio fere omnium privilegiorum, ut scilicet
 Videre tam in his, quam in corpore iuris, quæ in compen-
 diis Religiosorum continentur, quæ longè esset recensere ~

Decimum Dubium.

An Pontifici Summo, liceat eximere
Regulares à Jurisdictione Or-
dinariorum, non solum Sécu-
larium sed etiam Epis-
coporum?

Quaestio haec olim suam habuit difficultatem
dicentibus Episcopis, quibus ex iure Religiosi
subdebantur, magnam sibi irrogari iniuriam.
Ceterum modo, nec in dubium revocare licet
si pra oculis habemus, quae saepe diximus, sci-
licet plenariam omnium ecclesiae jurisdictionem
radicatum esse in Pontifice Maximo, à quo
alia omnis jurisdictio, jurisdictionisq. potestas
profuunt, sicut à suo fonte vivunt, licet enim
jurisdictionem, quam immediate habet à Christo
aut voluerit committere. Ceterum quia
teste Paulo .1. cor. 10. multa licent, quae non
expediunt, neq. edificant, videndum est, an
publica utilitati expediat. β

Undecimum Dubium

An comuni bono expediat Ponti-
ficem Summum Regulares exime-
re à Jurisdictione adinariorum.
Circa hanc quaestionem non conveniunt omnes
Doctores. Cardin. enim in cap. recipimus
in

in prinap. de privileg. & alij de prudentia Bon-
 h' sum de trahunt, quod tam eximia priui-
 legia regularibus concesserint; quia (sunt
 ipsorum utar verbis) cum nimis creverit
 Monasteriorum, et Regularium numerus,
 Videtur magnum praedictum Ordinaris
 inferri; et hinc provenit, ~~quod~~ ^{ut} mirum in
 modum contendant aliqui hanc Religio-
 sorum iurisdictionem limitibus coercere, ob
 sequitum se Deo prestare existimantes. In
 qua re nonnullis pietatis zelo p^r tribuendum
 est, quia omnia ad hoc prestare per se vo-
 lunt ut Deo maiori cum Reuerentia, ac
 promptitudine dignus exhibeatur servitatus.
 Alij vero zelo Crasmatico adducti non minus
 praedictum clericatus inferri existimant,
 quod Religiones tantum priui legiorum a sede
 Apostolica derivatorum munimine taceantur.
 Tot, tantarumq; honorum administratione pos-
 sidentur. Certa tamen oblata occasione a quo-
 dam huius opinionis Sectatore contendit, ut
 duo praecipue ob oculos proponeret. Unum
 scilicet, quod bona omnia, annua aliquarum
 Religionum proventus, non nisi ^{ex} bonorum
 hominum pie cons' deratione, ac Religiosa
 deuotione, ecclesia ~~provenirent~~ ^{nerint}, ut videre
 est, in multis Monasterijs diuitiarum afflu-

entia redundantibus, quorum fundamenta
 Catholici Reges, ^{aut} ~~aliqua~~ persona, deuotionis intuitu
~~proprietate~~ iacuerunt, et proprium bonarum
 in dotem concessorum participata effecerunt.
 Alia vero proptentium dotibus multa facta
 sunt vitiosa. Alterum est; Etsi quod omnia
 Monasteriorum Vexigalia essent ac decimis
 collecta, quibus, si non potirentur religiosi
 clericatus adind' deberentur; nemo nihil
 amicus irret inficias, ea omnia iure optimo
 Religionibus condonata esse; siquidem pers-
 picuum est in his solis Canonem apostolicum
 ad unguem obseruari, quod nimirum vexi-
 galia ecclesiastica, partim pauperibus tra-
 gentur, partim in diuino cultu religiose
 et continue peragendo, eiusq; Ministerium
 alimonij impendantur; in quibus soliman-
 do prestandis bona Religionum distribuuntur.
 Que profecti Religionis non in conuiuium
 lautum, et oppiparum exhibendorum apparatus;
 non argentearum Lantium magnificentia;
 non in famulorum Sericis vestibus ornatum
 comitatu; non in superbo quadrigorum in
 cerni, ecclesiarum dissipant patrimonium.
 Quibus recte pensatis, et animi terna son-
 deratis, hanc personam sumis precibus depre-
 cabar, quod annua vexigalia in perpetuum

Summatim (maioratus vocant) Religiosi patres
 instituerint? quot annos proventus emerint;
 que omnia partim reliqui ecclesiastici es
 munt, et instituant? Itemdem hac omnia
 privilegia, quibus Religiosi, tam in bonis, quam
 in personis potuntur, eis diuina cum ratione
 collata esse nemo sane inficiabitur. Qui
 Verò fortasse aliquid sibi persuadent non
 Crasni vestigia insequentes, Thomam illum
 Vualdensem singulis quoque sui doctrinalis
 folio Leditantes, vel certe consilium mu-
 tabunt, et talinodiam cantabunt, vel nimis
 cetera proterue agant, si efficacibus illis ratio-
 nibus ab Vualdensi omnium scientiarum,
 ac virtutum genere instructo viro adductis,
 vindi non dant manus.

Alij vero, quorum meminit Enriques tom. 1.
 lib. 7. cap. 29. §. 7. asserunt Papam in penam
 iustam privasse Episcopos ea iurisdictione,
 eo quod Regularibus, quos ^{iuuare} favore debuissent
 ut in adventum sibi gratis daret, plura gra-
 uamina intulerint, abutentes sibi data po-
 testate. In qua penali privatione Pontifex
 videretur usus iure defensionis, et protectio-
 nis innocentium primum, quod probant
 ex Decreto Clement. 5. in Concilio Vienensi

† illos q̄ Religiosi omnes et vniuersos Apostolorum successores quacumq̄ reuerentia veneramus respicimus
Theodoro comē. in 3. cap. 7. ad Timot. illi qui nunc vocantur Epi olim Apostoli fuisse
nūcupantur et merito sigdē Clemens Rom. ex Petri traditione epist. 1. ad Galatā fratri dñi. docet Episcopos
Apostolorum vicem in Ecclesia gerere et d. Aug. in ps. 74. ait Apostolorum ab eam deserta est Ecclesia. absit

pro patribus huius nati sunt huius filii et habetur Clem. 1. de excois Praeb. et ex
quod est pro patribus huius nati sunt
huius filii? p̄ci omni sunt Aposto
li pro Apostolis filii nati sunt
huius, consi huius sunt Epi. idem
docet D. Hiero. Epist. ad Marcel.
et d. Ignatij Epist. ad Romanos
et alijs in Cois ubi agit de
obedientia Epis presunt da
ut Epist. ad Smyx. et Cipria
ng. Marix Gal. de Jels et
linore et Epist. ad Orneli
u de Hereticis. et Leo mag
magn. Epist. 36. et Anacletij
Epist. 2. et in eadem idē Clemens
Epist. 3. ubi Episcopos a loquere
tur ait dñs noster mittens vobis
vices sua in locis Apostolorum ad
predicandū praecepit vobis doce
re omnes gentes, omnes q̄ vo
bis obedientes ut si huius existeret

cap. nimis iniqua, et cap. praua. eodem tit.
et ex Alex. 4. praedicta iura in nouitate
et habetur eius concessio inter Monumenta
Minuum concess. 493. Vbi Pontifex vigin=
ti quatuor grauamina numerat, et corrigi,
et ex multis alijs Pontificum Indultis, maxime
ex Extrauaganti et si mendicantium Tit. quin=
ti Pontificis Maximi. Ceterum licet aliquo
modo ratio hac motiua fuerit Regulatorium
exemptionis, nullam tamen rationem habet
causae finalis, quia in dictis iuribus referuntur
speciales casus, et lites quaedam; ve
autem in comuni, et ut plerimum perspecta,
Episcopi sunt, et faciunt semper speciales
Religiosorum patres, et protectores; Hoc enim
clypeo ab innumeris protequantur insidijs.
Nec me latet alios aliter loqui, quos praedictus
Doctus Curriquet refert, sed hispanice
dicam. Cada uno habla de la feria como
le va en ella, id est, unusquisq̄ de re loquitur

iuxta id quod experitur. Secundum sibi succedit. Ego non aliter Sen
sire, aut loqui valeo; qui nostros Hispania
Praesules de vniuersis Religiosorum institutis
benemeritos intueo, quos amplissimis benefi
ficijs indies exornare non cessant. Aliter
ergo respondetur ad questionem vniua conclusione

Vniua

Unica assertio. Valde expedit communi bono
 reipub^lq^{ue} utilitati Regularium familia^{rum} exemp-
 tas esse a iurisdictione Ordinari^{um}. Nec
 veritas hac ulla indiget probatione, quia ut
 licet habetur in multis vniuersalibus Consi-
 liis, et in omnibus Pontificum Decretis, pra-
 didam exemptionem concedentium, et con-
 firmantium; immo, et factum ipsum vniuersali
 ecclesiae consuetudine, et traditione firmatam,
 suam utilitatem, et conseruentioniam, ne dicam
 necessitatem, sufficientissime probat; quia non
 parum sua interest, quod proprios Praelatos
 immunes, et exemptos, solum Pontifici Summo
 immediatos habeant Religiosi. Primum ad
 eorum auctoritatem, et augmentum, unde tot,
 tantaq^{ue} ecclesiae vniuersali commoda proue-
 niunt. 2^o ad conseruationem eorum,
 et ut bene audiant, atq^{ue} maiori cum diligentia
 et expeditione, eorum causa, et negotia sine
 strepitu peragantur, et executioni mandentur;
 ad quod multum expedit personarum quali-
 tate, et ingenia cognoscere, et explorare. Vni-
 us, eiusdemq^{ue} esse professiones, et instituti.
 3^o ad pacis conseruationem, et augmentum.
 4^o Deniq^{ue}, ad eorum totalem, et omnimodam
 conseruationem. Quocirca si contraria sen-
 tentiam, et amplectentes, temeritatis, aut

Abscruantia; et utantur in compendijs cuiusque
 Religionis; ut in nostra ordine est, Verbo, ~~Ho~~
 Solutio, et Verb. Correctio, et Verb. Dispensatio,
 et Verb. exemptio, et Verb. Generatio. Ex qui-
 bus patet, quod Licet olim Religiosi Subde-
 cantur de ~~glo~~ iure, Locorum Ordinarijs. c.
 cum venerabilis de religiosis, Domibus. et
 .13. q. 2. portotam; iam plenariam habent po-
 testatem à Sede Apostolica immediate re-
 gendi, gubernandi, puniendi, Leges statuendi,
 et cetera omnia gerendi, que ad perfectam
 conuincunt iurisdictionem. Exemptio hæc
 et potestas notoria est, sicut et grauissima
 pene et censura, quibus cautum est, ne quis
 quauisq; autoritate prefulgens, predictos Re-
 gulares audeat inquietare, aut molestare.
 Que omnia cum effectibus prædictæ exemptionis
 pseudo de refert et probat Doctor Henricus
 tom. 1. lib. 7. a cap. 24. vsq; ad 28 inclusiue
 et Altamirano de Visitatione fol. 29. n. 73.
 Cæterum quia calumniatores aliqui nos
 obijciunt Sacram Trid. Synodu fere omnia
 Religiosorum privilegia, et exemptiones abro-
 gasse, ac temperasse; aliqua duxi necessarios
 aduertenda, ut Veritas circa hæc clarius
 elucescat, cuius luce calumniatorum nebule
 dissoluantur. ~
 Primum est aduertendum, quod omnia Regularium

privilegia firma et illata permanserunt in sacro
 Conat. Tuid. illis dum taxat exceptis, que
 ab eadem Concilio expressè abrogantur; ut
 patet. ss. 25 de Regularibus, cap. 20. ubi hæc
 habentur verba. In ceteris omnibus, præse-
ntium ordinum privilegia et facultates, que
ipsorum personas, loca, et iura concernunt, fi-
ma sunt, et illata. Statutum Concilium.

Nec verba illa præfatorum ordinum sunt intel-
 ligenda (ut quidam falso existimant) de Abba-
 tuerijs, que Comenda vocantur, sed de omni-
 bus illis de quibus prædictum caput loquitur,
 videlicet de ordinibus, que Episcopis non sube-
 duntur; ut euidenter constat ex ipsius Con-
 cilij littera contextu, adhibito comiti Theolo-
 gorum, Juridicorumq; axioma te. Talia sunt
 subiecta, qualia demonstrant prædicata. Ex
 quo sequitur, omnia Religiosorum privilegia,
 que non sunt à Concilio abrogata vim ha-
 bere ex ipsius Concilij decreto, etiam si demus
 à Pontificibus Summis non confirmarentur.

Q. Nota; quod in assignandis privilegijs, que
 sunt per Concilium abrogata, pestime errare
 præfatorum Magister, in suo libello, quem vo-
 cat manipulus fratrum Minorum. Inquit enim
 2. p. c. 18. nu. 18. et. 21. Quod privilegia nos-
 tro ordini concessa sunt in duplici differentia:

nam

nam quadam sunt spiritualia, qua pertinent
ad absoluciones, indulgentias, et similia; et
hec dicit esse in suo robore, de quibus facit
Episcopum 4. p. cap. 1. Alia privilegia dicit
esse temporalia, ut sunt qua temperant
regule rigorem, praesue, qua concernunt
paupertatem; Et haec omnia dicit esse abro-
gata per Concl. Trident. Ita ut in nostro Mino-
rum Ordine non maneant, nisi illa dua De-
cretales Nicolae 3. et Clem. 8. 8. exiri de
paradiso, et exijt qui seminat; nam reliquas
omnes declarationes, et dispensationes, dicit
esse nullas. Et ratio est, quia Concilium
ubi 5. cap. 1. praecipit, ut omnes Regulares re-
formentur, et in ultimo cap. abrogat omnia
privilegia praedictae reformationi contraria; Sed
omnia privilegia temporalia adversantur per-
fectioni Regulae, secundum quam perfectionem
debent reformari, ut dicit Concl. Ergo om-
nia talia privilegia sunt abrogata. Hucusque
auctor ille. Qui certe prout venit in buccam
et sine spele fundamenti loquitur. Dispen-
sationes enim ex legitima causa non sunt
contra perfectionem, sed maxime necessariae
ut ipsummet Concilium testatur cap. 3. 8. 28.
Et tandem derogatio illa generalis, quae fit
in ultimo cap. nequit comprehendere, nisi om-
nes derogationes speciales factas in dicto Con-
cilio, cum quia generi derogatur per speciem,

ut statim explicabimus, tum etiam, quia Con-
ciliū circa hoc nulla indiget expositione,
nec patet aliquem posse dubitare de vero
eius sensu, cum expresse dicat, in ceteris
omnibus prefatorum ordinum privilegia
et facultates, quae ipsorum personas, et ius
ra concernunt firma sint, et illata. Quid
clarius? et quo iure possunt haec verba
limitari ad indulgentias, et alia huius-
modi, quorum nec meminit Conciliū?

3^o est advertendum; quod non quiescit me-
mini Conciliū ecclesiarum Regularium,
debere intelligi de Religiosis, ut quidam falso
putant ut d. 22. c. 4. ubi dicitur. Quicumque
in Cathedrali, vel Collegiata Seculari, vel Re-
gulari ecclesia divinis mancipatus officiis
in Subdiaconatus ordine saltem constitutus
non sit, vocem in huiusmodi ecclesiis in
Capitulo non habeat, etiam si hoc ab alijs
libere fuerit concessum; quae, et alia simi-
lia credunt extendi ad omnes Religiosos,
qui tria essentialia vota solemniter vouerunt;
qui omnes Regulares dicuntur iuxta illa,
quae Pastores communiter docent, ut in Rubrica
de Regularibus. Ceterum salventur, quia eccle-
sia Regularis proprie dicitur ecclesia Cano-
nicus

n' eorum Regularium, vel Abbatum, et Prio-
 ratorum, praebendatorum, ut docet textus. cap.
 nullus. 19. q. 3. Et in hoc differt à domibus
 Religiosis, quae vocantur Monasteria, loca pia,
 vel Religiosa, ut docet Paulus de castro in
 Authent. ingressi in principio. C. de sacros. sub. nu. 3.
 eccles. Et haec una est differentia inter
 Canonicos Regulares, et Monachos, et inter
 multas alias, quae colliguntur per Doctores in
 rubrica, et in cap. quod dei timorem, de statu
 Monach. Ergo quando Concilium loquitur
 de ecclesijs Regularibus in materia penali
 et correctoria, qualis illa, nequit extendi
 ad Religiosos, licet in multis aequivalentur
 Regulares, et Monachi, quia Regula Cano-
 nicorum non est seivata à Sanctorum Monachorum
 consortio, ut inquit textus in cap. pre-
 sens clericus. 20. q. 3. in fine, et textus in
 glos. finali, in cap. 2. de postul. glossa finali
 in cap. cum in Magistrum de elect. et cap. quod
 dei timor, verbo laxiori, de statu Monach. Abbas
 in cap. 2. de supplend. negli. Prat. et Jason
 in Authent. ingressi nu. 24. C. de sacros. eccle.
 Olbradus consil. 222. Petrus de Tuberto cons.
 28. inter Conalia Federici de Sens. In materia
 autem correctoria, et penali, non est cur verba
 Concilij loquantis de ecclesijs Regularibus extendatur

ad Monasteria Monachorum.

J. est notandum, quod aliquando Concilium
 Tridentinum aliquid præcipit tam e levibus
 quam delictis nulla adhibita revocatione
 privilegiorum, quibus gaudent Regulares;
 aliquando vero aliqua proponit omnibus
 observanda, non obstantibus quibuscumque
 privilegiis. Exemplum prioris; ut quando
 S. 23. c. 3. de reformat. decernit ordinatio-
 nes Sacrorum ordinum celebrari Statutis
 à iure temporibus. Exemplum posterioris;
 ut quando infra. c. 13. inquit. Quo sacri
 ordines non eodem die etiam Regularibus con-
ferantur, privilegiis ac indultis quibus
non obstantibus. In primo eventu: privilegia non sunt revocata, in secundo vero: ob-
 rogantur per Concilium privilegia omnia,
 illis exceptis, quæ in corpore iuris continentur.
 Horum enim disparitas est, quia vim ha-
 bent legis ecclesiasticæ, et non comprehen-
 duntur in generali revocatione privilegiorum,
 qualia sunt illa, quæ continentur in Clement.
 Dudum, de Sepulturis, et aliis multis. Pro
 quorum vero intellectu et plurimorum huius
 sacre Synodi decretorum dicitur sunt certæ
 præ oculis habenda regula.

Prima

Prima regula est. In commune nulla clausula
 generali ordinaria, irritum censei dicitur, nisi
 ipsius specialis mentio fiat, nec privilegia in
 ipso iure communi inclusa, etiam si reuocatio
 ipsa habeatur sub his verbis: Non obstantibus
quibuscumque privilegijs. prout tenet Bart. in
 Authent. qua in provincia. C. ubi de criminibus
 agi oportet nu. 1. vers. vel sic verius. et in
 Extravag. ad reprimendum vers. nota etiam pri-
 vilegia in capore iuris inserta. Idem probat
 Paul. de castro L. i. ff. de legibus. n. 2. et Felinus
 cap. 1. de rescript. n. 12 ubi alios refert Dodo-
 res. Et est sententia communis in L. haeres ab-
 sens. ff. de iudicijs. Quam etiam tuentur Na-
 varrus. lib. 3. contil. tomo. de regularibus. consil. 38.
 ubi asserit, quod si contingat aliquem Religi-
 osum ex una in aliam Meliorem Religionem
 transire, servata forma tradita in. c. licet
 de regularibus, non tenetur reverti ad Religio-
 nem, quam primo professus est, licet oppositum
 videatur decerni, in Extravag. Lij. §. quia
 cum Lex generalis illa sit, et similiter eius
 clausula derogatoria, nequeunt extendi ad illa,
 quae in iure communi continentur, abroganda.
 Secunda regula, quae in ordine est. 34. de regul. iur.
 in. C. qua sic habet. Generi de trahitur per speciem.

Pro cuius intelligentia est advertendum, Leges
 omnes tam ecclesiasticas, quam civiles in duas
 Securi partes. Quaedam enim sunt generales
 quibus omnes subduntur; ut si Princeps ediceret
 neminem posse ferre arma sub tali, vel tali
 pena; et hanc vocant juris periti genus. Aliae
 vero sunt, quae quamvis aliqua generalitate
 gaudeant; non tamen ad omnes, sed ad speciales
 personas spectant; ut si profectum edictum, ut
 omnes generati, in gemis viri absq[ue] aliqua
^{pena} arma portare possint. Haec Lex, et si-
 miles illi vocantur a jurisperitis Species, ut
 Ulpianus, in. l. Sanctio Legum. ff. de penis in-
 quit. Sanctio Legum, quae novissime est certam pe-
 nam generaliter irrogat ei, qui Legis praecipis
 non obtemperaverit; ad eas Species pertinere
 non videtur, quibus Lexa specialiter addita est

His suppositis regula illa facillimo negotio nobis
 patebit. Quando enim dicit textus, generum de-
 trahitur per speciem, docet Legem illam generalem
 qua usus armorum prohibetur, non derogare istam
 Specialem, quae talis usus illustribus, generosisq[ue] viris
 conceditur, etiam si generalis illa post Specialem
 istam sit instituta; Ut colligitur de Barb. et cete-
 ris Legisdis in dicta. l. Sanctio Legum. Nec obstat
 quod a quibusdam ex cap. licet de consuet. in 6.

adhibetur

-nent, nec simul concurre potant: fatendum
 est. nota dictum cap. licet, ~~quod~~ eo ipso, quod
 aliquis Princeps alteram illarum condiderit,
 velle eum alteram ^{aboleri} ~~aboleri~~ ~~ut~~, quantumvis illi-
 us mentio non fiat. Scius autem cum utraq
 Lex simul verificari possit; ut videre est
 in Una Universalis negativa, et altera par-
 ticulari affirmativa; istarum enim neutra
 aliam destruit. Cui quidam doctrine Natur
 rus adherens probat in Concl. lib. 3. tom. de
 Regular. Concl. 92. n. 3. et Concl. 1. de con-
 curs. coniugat. Leges uniuersales per speci-
 ales conuerti, etiam si ipse speciales, aut
 uniuersales sunt, in cuius rei gratiam exemplum
 quod passim circunfertur est ex. l. sciendum
 in principio. ff. qui satis dare coguntur, et Auth.
 offeratur. C. de liti. contest. ubi satisfactio re-
 quiritur generaliter indulta Auth. Limitatur
 per Legem sciendum, in possidenti bona immo-
 bilia, et si promissit, et idem patet de lege, sed
 et posterioris de legibus; de regulis iuris. Vbi
 Decius satis exacte id pertractat n. 7. Ex qui-
 bus duabus regulis facile colliges, quae privilegia
 abrogantur, vel limitantur in predictis. Conditio
 et quae in suis verbis permanent.

Tertium Decimum Dubium.

An praedicta potestas, et iurisdictho,
qua collata est Regularium
Superioribus, sit dicenda ordi-
naria, aut delegata, vel
Commissaria?

Quaestio haec utilis est valde, quia ex eius resolu-
tione innumera absolventur dubia, quae oriuntur
ex differentia inter iurisdictionem ordinariam, et
delegatam. Est igitur primis notandum
iudicem vel praesule, cui subiecti obtemperare de-
bent, gemina potestate gaudere potestate, ordinaria
scilicet, vel delegata. Prima ipso iuris ordine
obtinetur, ob idq ordinariam iurisprudentes no-
minare solent, ut est Episcopi in suis clericis
cap. 2. de off. ordin. Altera vero ideo delegata
dicitur, quoniam ex Superioris facultate aliam
indulta nascitur, atq ex eius mandato dependet
cap. sane et secundo. de off. iud. deleg. et c.
cum olim eod. ff. et ff. de off. eius. cui ma-
data est iurist.

2. nota, quod iudicem vel Superiorem ordinarium, in
multis differt a delegato. Differunt enim primo
respectu creationis; quia ordinarius constituitur
a Principe, Papa, Imperatore, vel Rege, populo,
lege, vel consuetudine; Delegatus vero ab om-
nibus praedictis, et a quolibet ordinario, ut notat

glossa in l. et quia ff. de iurisd. omni iud. et
 ibi Doctores. 2^o differunt, quia Ordinarius
 habet propriam iurisdictionem, et iure suo
 eam exequitur. l. more maiorum ff. de iurisd. om.
 iud. Delegatus vero nihil habet proprium, sed
 solum usum alienae iurisdictionis, scilicet, de-
 legantis. l. i. d. qui mandatum, et l. et si
 Protor. ff. de off. eius. l. solet. ibi. de iurisd.
 omni iud. ibi, fungitur vice eius qui man-
davit, non sua.

3^o differunt, quia Ordinarius potest regulari-
 ter delegare, e. cum Episcopus, de off. ordi.
 lib. 6. et dicta. l. more: delegatus vero
 subdelegare regulariter non potest. l. a iu-
 dice. C. de iud. dicta. l. more iuncto dicto d.
 qui mandatum, per argumentum a contrario
 sententia, quod in iure fortissimum est. l. i. d.
 huius rei ff. de off. eius. Et alijs multis
 iuris probatur, etiam de consensu partium
 ut tenet Baldus in c. Bartoldus, de re iudi-
 cata, et Jason in dicta. l. a iudice. C. de iudi.
 Et dixi regulariter; quia fallit in delegato
 Principis, ut expressè probatur in dicta. l. a
 iudice, ibi, nisi, a Principe. iudex datus fuerit
 et in cap. A. dno, c. iudex. e. quamvis, et c.
 si delegatus de off. deleg. in 6.

4^o differunt, quia iudex ordinarius etiam minimus
 potest

potest delegare causam cum potestate sub-
delegandi, et hanc esse communem opinionem
testatur Bart. et Alex. in l. maie ff. de iur.
iud. ann. iud. et Felinus in c. super questionem
de off. deleg. Secus in delegato etiam Prin-
cipis, ut notat Abbas in d. cap. cum Bartolus
de re iud. et Bart. in l. solus ff. de iur. om.
iud. et Alex. in cons. 157. in 2. volu. ubi
asserit hanc esse communem opinionem. quoniam
verè limitat Jason in l. 1. c. 3. ff. de off. eius
iud. delegatus subdelegaret sciente, et potestate
ordinario, quod etiam defendit Alexander
in prealegato consil. 157. ~

5. differunt, quia ordinarius, si pronuntiat se
non iudicem, vel iurisdictiohem non habere:
potest hanc suam interlocutoriam revocare:
ut notat Bald. in lib. si pater per illum tex-
tum. C. quomodo et quando iud. Secus in dele-
gato, qui talem interlocutoriam non revocat
cap. significantibus, et ibi Abbas et Doctores,
de off. deleg. ~

6. differunt, quia quilibet ordinarius habens merum
et mixtum imperium potest suam sententiam du-
bam interpretari, et etiam sententiam sui de-
legati, sed delegatus hoc facere non potest se-
cundum Bart. in l. ab executoria ff. de appella.
et Alex. in rubrica ff. de off. eius c. 3. ~

7^o differunt, quia iurisdictionis ordinarij non capi-
 tur per materiam superioris constituentis ipsum
 etiam reintegrat. c. delegatos in fine de off. deleg.
 lib. 6. secundum Hostiensem, in cap. quoniam,
 et Abbatem in cap. relatum eod. tit. iurisdictionis
 autem delegati extinguitur morte delegantis
 reintegrat, ut in d. cap. relatum. et in l. et quia
 ff. de iurid. om. iud. et in cap. licet undiq. de
 off. deleg. et in cap. fin. de off. legati. Dicitur
 autem reintegrat, quando non datur est factio
 citatio, ut tenet communis in dictis iurisibus,
 est enim necesse ut saltem una causa sit capi-
 ta coram eo, ut res debeat esse integra. Et
 tandem alia multa potest facere ordinarij
 que delegato denegantur, ut notant Doctores
 in vltis tit. de off. ord. et de off. delegati. Et
 nouiter bene notat differentias aliquas inter
 delegatum, et ordinarium Thomas Trinitarius
 lib. 1. de iurisdictionum de ass. c. Hac autem an-
 notauimus, quia communiora, et ad illa, que infra
 sunt dicenda maxime spectare videntur.

8^o Et notandum quod quando committitur ordinarij
 per superioris aliqua causa, que ad eius iurisdic-
 tionem spectabit; censetur eius iurisdictio exci-
 tata; adeo, quod non per hoc efficitur delegatus,
 sed remanet ordinarius etiam in illa causa; et
 illa commissio appellatur iustio, et non delegatio

ut in

ut in Auth. ut nulli iudicium & et hoc vobis iube-
 mus, propter quem textum, ita tenet Bart, et
 post eum communis in l. more. ff. de iuris. om-
 nium. quod probat plane felinus in cap. hinc
 de off. ord. ubi bene notat, Hoc esse intelli-
 gendam quando in commissione non est abe-
 rata, vel extra eius territorium extensa or-
 dinarij iurisdictionis, quia tunc requirit talis iur-
 isdictio dicitur excitata, ut si Generalis committe-
 ret Provinciali, quod soli generali conuenit iure,
 ¶ est notandum complures dari regulas in hoc
 foribus, ad cognoscendum, an potestas, et iuris-
 dictio alicui collata, sit ordinaria, vel delegata.
 Et multis omissis duae regule proponuntur discernendi
 ordinarium a delegato. Prima
 est, ad vniuersitate causarum. Iudex ergo, vel
 Praesul ordinarius dicitur ille, qui est creatus
 ab habente potestatem concedendi ordinariam
 iurisdictionem, ut praesul vniuersali iurisdictioni,
 alicuius familiae, ciuitatis, vel Provinciae; eo enim
 ipso, quod alicui committitur vniuersitas ne-
 gotiorum per habentem potestatem censetur cre-
 atus ordinarius, nisi aliud exprimat Princeps
 in commissione, ut si dicat, ^{se} quod delegabit illi cau-
 sas, vel quod facere illum delegatum, tunc tunc
 est delegatus etiam ad vniuersitatem causarum,
 ut bene notat Bart. in l. more. de iuris. om. iud.

et Alexander in l. prator eodem tit. 2^a regula
 est, quando iurisdicō, seu potestas conceditur
 à Principe perpetua, id est non personae, sed
 dignitati, vel officio, tunc est ordinaria, et
 transit ad successorem ipso iure; ut omnes
 solentur in cap. fr. de off. ordin. et probat
 expressè textus ille iurisdict. dict. l. more, et
 dict. l. qui mandatum, et factus est, quoniam
 Abbas de off. deleg. in l. et quia. de iurid.

Sit unica assertio. Iurisdicō in utroque Regno
 Larium Regularibus concessa à Domino Pontifice
 est ordinaria ut Episcopalis, hoc patet ex predi-
 ctis fundamentis, est enim plenaria, perpetua
 et ipsorum officij doniventa, ut constat ex ipsorum
 privilegiorum contextu. Ergo est ordinaria, et
 quasi Episcopalis, ut notat glossa verbo Ab-
 batis de reb. eccl. non alie. quod fitetur
 cap. Abbates, de privil. in. 6. et glossa ibidem
 dicit non differre ab Episcopis nisi in potestate
 ordinis. Et tandem perspecto tenore privilegio-
 rum predictis Regularibus concessorum, nulla
 manet ratio dubitandi si de religione in com-
 muni, aut de Generalibus, aut Provinzialibus proba-

His sic probabilis solet in questionem Abbatum
 Generales Monasteriorum praeferri, ac unum Vicarij
 Sint

Sint dicendi Ordinarij, vel delegati? Sed
 hac in re plurimum, immo totum, tribuendum
 est consuetudini, et ipsorum Religiosorum Re-
 gulis, et Statutis; ut docet Specul. in tit. de
 off. ord. §. conditio, per textum in c. duo, ex
 tra eod. tit. Abbas in tract. de forma procedendi
 per tex. in cap. irrefragabili eod. tit. et in c.
 cum contingat. de foro comp. Et eandem
 ex supradictis regulis facillime dignoscitur, an
 potestas ipso iuris ordine obtineatur, ut sit or-
 dinaria, an ex superioris facultate, non offi-
 cii, vel dignitatis, sed alicuius personae inducta
 nascatur, ut sit delegata. Ex quibus facile
 colliges, quod Abbas, Prior, Guardianus, vel Cor-
 rector Ecc. (qui ut notat Franc. in c. d. de
 Verim. de Statu Regul. in b. solo nomine non
 tamen officio, vel dignitate differunt) unusquisque
 in suo Monasterio, et in eos, qui se ipsorum o-
 bedientia sunt, ordinariam habent auctoritatem,
 et iurisdictionem, ut notat Inst. in cap. ut si me
 de sent. excom. n. 3. Et Abbas in cap. Joannes
 de Regul. n. 4. et 6. et 7. et in cap. nun est
 eod. tit. n. 4. et 8. et 6. et in cap. fin. eod. tit.
 n. 12. et Archid. in c. capellis 16. q. 2. n. 3.
 Vide Regulam. D. Basilij. c. 8. et D. Bened. c.
 1. et 24. et D. Aug. cap. feria
 An vero simile sit habendum iudicium de predictorum

Superiorum Vicarijs, quos Alij Priores claustrales
 seu Subpriors, aut Ministros, aut alii quos
 vis nomine nuncupant; Sate disputat Vic-
 torius Manto in sua praecleara institutione ^{modi} pro
 cedendi in causis Regularibus, et Follerius
 in sua pratica criminali, parte ult^a. Et licet
 praedicti authores nonnulli, ^{per} habitis distinc-
 tionibus, circa illa, quae proprio munere, ad praec-
 dictos Vicarios spectant; et illa, quae ut Prae-
 lati proximi Successores, vel locum tenentes pe-
 ragunt, nonnulli adhibeant regulas ad dignoscen-
 dum, an hi habeant iuris dictionem ordinariam
 aut delegatam, saltem absente alio Superiore; Et
 alij hac in re ad illa recurrant, quae Doctores com-
 muniter asserunt in vigore iuris circa Episcopum et
 suum Vicarium, quorum cum idem sit Tribunal, non
 diversa facultas a Doctoribus censetur. Ut Specul. in
 tit. de off. ad. n. 2. Reg. ex. in c. Romana
 in prin. de appella. lib. 6. et ex. in l. praeter d. 1.
 ff. de iud. declarat. quibus ratione quaedam Similes
 sunt, Abbas et Prior, Guardianus, et Vicarius &c.
 Siluest. Verb. Vicarius n. 4. Coeterum cum Religiosorum
 varia sint instituta, variae Leges, diuersaeq; mores;
 nequit alia dari Regula quae omnes metiri possimus
 certior illis, quae supra retulimus, ex quibus faule
 Veritas indagari poterit. §

Secundus liber

207.

De Jurisdictionis Usu, vel Iudicio in communi

Judicij disputationem exordiri oportet à cogniti-
one istius nominis, Iudicium. quod varias
habet significaciones. Si enim Scripturam Sa-
eram consulimus ps. 118. Sæpe sumitur pro le-
ge Dei, Statui custodire iudicia iustitiae tuae, et
Uilem sumitur pro causa, quæ ad iudicium
defertur, iudicia iudicium meum, et redime me
ubi uerbit. D. Hieron. iudicia causam meam
et ps. 38. significat effectus Dei, quorum non
latet causa. Iudicia tua abyssus multa, Exo-
do, autem. 6. accipitur pro punitione, in bra-
chio exulto, et in iudicis multus, et Mare 12.
hi accipient prolixum iudicium. id est graui-
us punientur. Sed communius sumitur pro
actu iudicandi, ut ps. 1. non resurgant impij
in iudicis, et Joann. 8. potestatem dedit ei iu-
dicare facere, et si habita consideratio
ad hanc ultimam significacionem iudicij, in
comune intueamur, diuersas habet significaci-
ones. Sumitur enim primo pro ipso actu trium
personarum scilicet, actoris, iudicis et rei ut ff.
C. et extra. de iudicis et in cap. fons de uob.

Signif. 2^o pro ipso iuris ordine, ut in cap. Si aut
 sine iudicio l. 41. 3^o pro iurisdictione. l. 2.

Tibi Si datur ius, quod
 te dicende ius, quod
 Guy publicum iudi-
 cium est

fin. ff. de iudic. 4^o pro condemnatione. c.
 timorem de consecrat. dist. 2. Et ita acci-
 pit Apst. 1. Cor. 11. qui manducat, et bibit
 indignè iudicium sibi manducat. 5^o sumitur
 pro ipsa sententia. c. personas de appella. Et
 tandem plures habet significaciones, quarum
 14. refert Robertus Maranta in sua praxi. p. l. per totum.
 Ad nostrum igitur propositum spectat agere
 de iudicio, non strictè, quatenus est ad iustri-
 um personarum, quia aliquando prelati qua-
 rit ex officio, et gerit vices actoris, et aliquando
 procedit sine reo, ut quando inquirit generaliter
 de crimine notorio. Nec solum agemus de iudicio
 quatenus definitur à Cardinali, et Immo la in
 rubrica extra de iudic. videlicet. Iudicium est
 investigatio, quam facit iudex secundum ordinem
 iuris per varios modos ad veritatem eliciendam,
 et elicitam custodiendam. Licet enim diffini-
 tio hæc valde placuit Abbati et Alexand. in ru-
 brica. (de iudic. est sola facti veritate inspecta.
 Sumimus ergo iudicium pro iustitiæ ministracione,
 que fit in causa, que coram iudice proponitur,
 vel prout est legitimus, et perfectus iurisdictionis

nis usus, quia secundum rectam rationem, et
legem communem, et specialem inceditur, prole-
quitur, et executioni. ^{mandatur.} Sic Sumitur a D. Thom.

22. q. 60. et sequentibus. Ex cuius doctrina of-
fime colligitur distinctio inter ius iudicem, et
iudicium. Ius enim idem est quod iustum, sive
aeguale, iudex autem idem est quod ius dicens;
iudicium est idem quod actus iudicij, quo tuta
sit hominum vita. l. 1. et ibi Doctores ff. de iu-
rid. am. ud. quod quidem ab illis commode
fieri nequit nisi rectum de criminibus in iura
tur iudicium, et iudicantem oportet. 30. q. 3.

2. Et advertendum ex ipso D. Thom ubi ff. ar. 2
~~quod~~ tres debentur conditiones necessarias ad hoc
ut aliquod iudicium sit iudicium, et secundum
iustitiam. Prima est quod iudicium procedat ex
intentione, et inclinatione iustitia. 2. ex iuris-
dictione, et auctoritate praesentis vel iudicantis,
3. quod procedat ex recta estimatione prudentia
et debita consultatione. Prima Sumitur ex
fine iudicij, 2. ex parte agentis, et ex parte sub-
iecti in quo recipitur auctoritas, et iurisdictio. 3.
ex parte dispositionis, quae debet esse in intellectu
et ratione iudicantis. Harum trium conditio-
num meminit Scriptura sacra Exo. 18. quan-
do Jetro Moysi dixit. Provide de omni populo
viros sapientes, et timentes Deum, in quibus sit

Veritas, et qui aderint avaritiam, et constitue
ex his Tribunos, et Centuriones, et Decanos,
 qui iudicent populum omni tempore. Ecce
 primam conditionem in illis verbis, Elige viros
Amentes Deum in quibus sit veritas, ut scilicet
 iudicium procedat ex inclinatione iudicis. Ecce
 Secundam in illis verbis, constitue ex his Tribu-
nos, et Centuriones, ut scilicet ex debita potesta-
 te procedant. Et tandem tertia conditio ostendit
 dicitur, quando dicitur, Elige viros sapientes
 ut secundam scientiam, et rectam prudentiam
 iudicium procedat; nam prudentia maxime splen-
 dere solet in viro sapiente. Si ergo aliqua
 ex his conditionibus in iudicio desit: non erit
 Legitimum, et perfectum, sed vitiosum, et illicitum.
 De defectu enim primae conditionis dicitur pro-
 uerbum, et impium, ex defectu secundae vitio-
 satum, ex defectu tertiae suspectum, et teme-
 rarium.

Circa explanationem ergo harum trium conditionum
 sunt alia excitanda dubia, ut quid agendum sit
 in recto, et perfecto iudicio clarius elucescat; sed
 claritati gratia mutato ordine procedemus agen-
 do prius de secunda conditione. §

Prima Legitimi iudicii conditio est ut pro-
 cedat ex legitima praesidentis auctoritate.

Primum

Primum Dubium.
An conditio ista sit necessaria
ad iudicium?

Respondetur affirmatiue. Et patet ex
exemplis agentis naturalis, quod nequit passum vine
cere nisi intra sue aduinitatis Spheram sit si-
bi subiectum. Ergo cum iudicium necessarium des-
beat habere vim coerciuam, et nullus possit co-
gere, nisi sibi subiectum; necessario requiritur
iuridictio, et attribuitur in iudicante, ad hoc ut
iudicium sit iudicium. Unde Paulus inquit
ad Roma. 13. Tu quis es, qui iudicas aliorum
seruum? Si ergo iudicium sit absq[ue] ista condi-
tione erit usurpatum, et iniuriam.

Secundum Dubium

Utrum defectus istius primae conditio-
nis in iudicio inducat pecca-
tum mortale?

Communiter Respondent Commentatores. D. Thom.
ad 2. 2. q. 60. art. 2. quod defectus iuridictio-
nis ex genere suo, facit iudicium esse peccatum

.H.

mortale. Unde qui nullam habens aut oitatem
 vel alienam usurpans, cum iudicat, ^{Cum} quia sibi
 non subditur, peccat mortaliter. Et licet ^{hæc}
 doctrina regulariter vera sit, debet tamen in
 felligi cum gravis satis; aliter enim Iudicum
 et Prælatorum consuetudines inexplicabiles reser-
 tenderentur. Et ideo primum dico, quod qui iu-
 risdictionem usurpat, quæ sibi minime pertinet
 sat usurpans officium cui talis iurisdictio ob-
 noxia est, tertium est, hanc atrocissimam delictum
 committere; quod quidem, aut leuius, aut atrocius
 erit respectu officij quæritate, quod falsis diplo-
 mationis, vel aliter usurpat, nec hæc aliqua
 indiget probatione

2. dico, quod si quis iudex, aut prælatus mittit falcē
 in alienam messem, veluti si secularis clericum
 compellat, vel si ecclesiasticus iudex se ingerat
 in res hæc de causa huius minime pertinentes
 quia vel more sint profana, vel quia iuris
 indultis aliquam personarum privilegij mu-
 nitarum contraveniant, etiam mortali scelere peccat
 Quod quidem tam ecclesiasticum, quam secularis
 iudices maxime animadvertere deberent, nam
 facillime negotia usurpant aliqui alienum iu-
 dicium, immo potius magnum, et honorificum se
 patrare salinis existimant, si longo temporis
 intervallo mathematicis mucrone lausant per
 Sibant

persistant; ac si Summus Pontifex ecclesiasticus
iudicem in seculare iudicium, aut Princeps se-
cularis iudicem in ecclesiasticum se intrumitte-
re subeat.

3^o dico, quod quando aliquis legitimus iudex,
aut Praelatus iurisdictionem alienam usurpat,
quam ex iudicis dubitandi rationibus existimat
propriam, non peccat; immo recte facit; regulariter
tamen peccatur graviter si dubium hoc modis
a iure Statutis, et à consuetudine introductis
non enodatur, aliter enim in maximum popu-
li scandalum, et ligantium partium incommodum
reserant; et horum multa sine scrupulo
decurant iudices, quo maxime premi, vngeri
ue debebant.

4^o dico quod excedat iudicem, aut Praelatum
respectu suorum subditorum, iurisdictionis, aut
profectatis limites, non semper incurritur mata-
lia peccati maculam, tum ob leuitatem materiae;
tum quia sub iudice adhuc est hoc posse, vel
non posse ^{sub eo} suberi. Hoc unum exemplum inseram
cuius ad exemplum alia poterunt deduci. Conci-
lium Tridentinum ait, quod soli Episcopi circa
reshuenda facta, vel amissa possint censu-
ras inferre: Et hinc nostri Generalis institutio
deducit, quod etiam Alinistri Prouinciates, qui
sunt ^{in eis} quasi Episcopalis iurisdictionis, hanc cen-
suram poterunt inferre; et quod à nullo alio

inferiori prelato, Guardiano scilicet inferri poterit, eo quod iurisdictionem, quasi Episcopalem non habeat. Si hic talis bono inductus Deo hanc censuram poneret non profecto peccaret graviter, nec contra consilium absolvere faceret quia non diceretur alienam iurisdictionem usurpare, sed suam in re non directe damnata sed tantummodo non concessa propagare. Similiter etiam si in aliquo statuto perpetuo excommunicationis pena infligeretur, cum à Sede Apostolica fuerit concessum talem censuram non ligare. Vel si talis censura imponeretur propter aliqua, quae ex se peccati mortalis materiam non praebent, quod debet, secundum omnes praecedere. In his casibus, et alijs similibus, saepe Praelati sua iurisdictionis limites excedat. Esset autem immanis rigor, haec committentes peccati mortalis macula annotare. Unde merito Supremi in dices, ac Praelati haec omnia irritare solent, et nullam aliam adhibere penam; ut videre est in omnibus Supremis tribunalibus; quod ne quaquam fecissent, si praedictus huius iurisdictionis extensor proprie diceretur aliena potestatis usurpator, qui secundum utriusque iuris sanctiones magnas debet suae penae.

Tertium Dubium. B

An

An sententia Iudicij in quo de
fuit predicta 1^a conditio teneat?

Pro explanatione quaestionis est advertendum, quod
conditio hac potest deficere tripliciter. Primo
quando sententia fertur ab illo, qui re vera nec
iudex, aut Praelatus est, nec existimatur talis.

2^o quando fertur ab illo, qui non est iudex, aut
praelatus legitimus, est tamen institutus ad
inferiori, et cum error habetur ut talis. 3^o qua
do fertur ab illo, qui fuit a superiore institu
tus praelatus, seu iudex, et habitus communiter
pro tali, postea autem commisit aliquod crimen
propter quod ipso facto secundum ius est priva
tus sua dignitate. His suppositis abducitur ques
tio aliquibus assertionibus.

Sit prima assertio. quando iudex, aut praelatus
est intrusus, et nulla est ratio dubitandi de sua
iurisdictione, non solum falsum iudicium iniurium:
Verum etiam sententia lata per tale iudicium
et omnia in eo gesta, ipsa iure nulla sunt, et
habetur expresse in cap. ad nostram, de consuetud.
in cap. et si clericus de iudic. et in cap. in pri
mo 21. q. 1. et ibi omnes. l. 1. et vlt. c. si a non competente
iudice.

2^a Assertio. Sententia tenet, qua fertur ab eo
qui non est iudex, aut Praelatus legitimus, est
tamen constitutus auctoritate superioris, et ex
communi errore communiter habetur pro praefato

Hanc laté probat Abbas in cap. nihil de elect.
 et elect. potest. et patet ex. l. Barbarius. ff.
 de off. c. pratoris, ubi non annullantur, sed pa-
 tuis approbantur gesta per illum, qui servus
 et fugitivus Romæ optime gesserat. Prætoris officium
 quia Superioris potestate fuerat institutus pra-
 tor; et error Juræ incapacitatis erat communis.
 Idem habetur. B. q. 7. cap. infamis.

3^a Assertio. Si prelati, aut iudex legitimus co-
 misit crimen, propter quod est privatus ipso
 facto sua dignitate, et crimen est occultum, gesta
 per illum sunt valida. Hoc probat Abbas ubi
 supra eodem fundamento, quo probata est
 Secunda assertio, quia concurrunt illa dua
 conditiones, scilicet iudicium institutum esse au-
 tritate Superioris, et dari errorem communem.
 Ex hoc Abbas colligit, quod si crimen est
 notorium gesta non tenent, quia iam deficit
 communis error. Et hanc Sententiam defendit
 omnes, qui placitum illud Castri de lege pe-
 nali lib. 2. c. 8. et 9. amplectuntur asseren-
 tes de omnibus legibus penales panam
 ipso iure inferentibus, quod obligant transgres-
 sores in conscientia ad solvendam panam nulla
 iudicis expectata Sententia. Sic tenent multi
 gravissimi Doctores præsertim ex Canonistis
 quos

quos refert noster. Corduba. lib. i. q. 3. in fine
 Et præterea in nostra causa. Abbatem sequuntur
 aliqui Theologi, etiam ex illis, qui in prædita o-
 pinione de lege penali castro adversantur, ut
 Magister Aragon. d. 2. q. 60. ar. 6. in mem-
 illorum quæ assertit q. 62. art. 3. ubi cum D.
 Thoma, et Caietano, et alijs avriter defendit
 Leges penales dum non solum effectum ante
 iudicij Sententiam, deceptis panis, quæ in me-
 ra privatione consistunt, ut excommunicatio, irre-
 gularitas etc. Et quia habetur Sententia co-
 muni, et verior, immo et legi naturæ conformis
~~tenentur~~; Leges enim mortuæ sunt, egent iudica-
 atq; Ministro, qui eas re perspecta post iusta
 rei defensionem executioni mandet; quod in
 foro adhuc ~~exteriori~~ certissimum esse testantur
 Viri doctissimi, quanto magis in interiori. Lege
 Latrem Victoria Delict. i. de Indit. nu. 14. ubi
 ait. Cum privari bonis in foro conscientie sit
 pena, nec debet infligi ante condemnationem,
 non satis, scio, an ius humanum hoc
 possit facere. Ideo sit. q. assertio contra Abba-
 tem, et reliquos eius Sectatores
 4^a assertio. Acta legitimi iudicij, aut presulij
 solent post crimen committum, cui privationis
 pena ipso facto sit inuncta, valida sunt, quanti-
 cumq; crimen sit notorium. Veritas hæc eisdem

ni hinc fundamentis, quibus praedicta senten-
 tia de lege penali indigente ministeria iudi-
 cis, quia si Praesul, aut iudex non est mul-
 tandus pena Legis sine sententia iudicis sal-
 tem declaratoria, eius gesta tenent saltem in
 foro interiori, de quo est questio. Hic con-
 venienter agere poteramus de exceptione
 ex parte actoris, de inhibitione, et de appel-
 latione, quae solent iudici auferre iurisdictio-
 nis usum, sed nonnulla infra dicemus, quae
 ad nostrum Regularium iudicium, de quo
 est sermo, poterunt aliquando convenire.

Secunda legitimi iudicij con-
 ditio est. quod iudicium pro-
 cedat ex intentione, et incli-
 natione iustitiae.

Quartum Dubium.

Utrum deficere in hac secunda
 iudicij conditione sit peccatum
 mortale ex genere suo?

Partem affirmativam tenet. Soto lib. 8. de iust.
 et iur. q. 4. ar. 2. cuius nullam assignat ratio-
 nem, nisi quia. D. Thom. 22. q. 60. ar. 2. dicit
 tale

tale iudicium esse peccatum, atq; iniquum.
 Ceterum hæc sententia nec vera est, nec un-
 quam placuit. D. Thom. ipse enim docet infra
 q. 132. quod inanis gloria ex genere suo
 non est peccatum mortale. Ergo iudex, aut
 presul qui punit reum legitime de crimi-
 ne convictum non ex Volo, et inclinatione
 iustitiæ, sed ex inani gloria non peccat morta-
 liter secundum mentem. D. Thom. Ideo sub
 distinctione est loquendum. Aliud est enim
 iudicio deservere hæc conditione, aut inclinationem
 iustitiæ; aliud autem iudicem procedere ex
 alio peccato sine.

Sit prima assertio. Defectus huius intencio-
 nis, et inclinationis iustitiæ, ex genere suo,
 non facit iudicium esse peccatum mortale. Pro-
 batur, quia facere opera aliarum virtutum ex
 inani gloria, ut levare misericordiam pauperis, aut
 solvere debitum non est peccatum mortale, ut
 communiter festatur omnes, Ergo nec facere iudicium.

Secunda assertio. facere iudicium propter
 alium finem à fine iustitiæ erit peccatum sec-
 cundum conditionem sui appositum. Itaq; si finis
 vitiosus est mortalis, ut occultum est, iudicium
 erit mortale. Si autem fuerit venialis, ut va-
 na gloria, peccatum erit veniale. Patet quia
 talis actus non est contra iustitiæ, sed contra

Charitatem, aut contra humilitatem etc. Ergo in
de sumenda est grauitas peccati. Et quando
D. Thom. inquit tale iudicium esse peruersum,
fatemur Verum esse, quia teste D. Dionysio,
bonum con surgit ex integra causa, malum ex
singularium defectu. quo fit ut si hanc iu-
dicio desit, ad minus peccatum veniale ad-
mittatur, et nihil aliud voluit nobis inu-
are. D. Thom. §

Quintum Dubium.

Utrum iudex, aut Praesul in pecca-
to mortali existens peccet mor-
taliter alios iudicando?

Partem affirmatiuam tenet Alex. Alex. ut refert
Syluest. Verbo iudex. i. d. 10. et idem Syluest.
verb. correctio d. 18. et 16. hoc limitat quoad
iudices ecclesiasticos. Quod videtur asserere
D. Thom. in 4. d. 19. q. 2. art. 2. q. 2. et Lau-
danus d. 19. q. 3. Et id videtur sequi ex illo
Matth. 7. ubi dominus ait. Propterea eui ce-
primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis
eicere felseam de oculo patris tui. Et con-
firmatur expositione D. Greg. ad hunc locum
et habetur cap. qui sine. 3. q. 7.

Sed his non obstantibus doctrina haec debet ex-
plicita

plicari, et limitari ad iudicium, qui existens in peccato publico, et valde scandaloso sententiam profert in illis sceleribus, quibus ipse tenetur; Vel ad iudicium in foro confessionis sacramentalis. Nam si quis in foro conscientiae in mortali existens alium absoluat peccabit mortaliter.

¶ Sicut D. Greg. iterum et Simch omnes iudices, et Praelatos integerrimos esse debere sapienter proclamant, et indecentissimum iudicent qui alios gubernat non talem se gerere, quales subditos esse vult. Nihilominus tamen ex hoc non inferitur, quod qui contrarium facit peccet mortaliter, ut optime notat Caet. ad 22. q. 60. art. 2. cui adheret de mente. D.

Thom. qui merito sententiam suam emendavit, ut ait Soto. lib. 3. de iust. et iur. q. 4. ar. 2.

Sit ergo prima assertio. Indicare alium de contumeli peccato mortali, aut leuiori ex se non est peccatum mortale. Haec est communis, et patet, quia alias Gentiles peccarent mortaliter cum iudicabant; quia omnes erant in peccato mortali. Consequens autem est contra D. Aug. qui Saepè Laudat Romanos de veridicitate in iudicando.

2^a assertio. Tantum abest quod talis iudex peccet mortaliter, quod esse, nec mortaliter, nec venialiter peccat, nisi malas aliquas circumstantias

bias adhibeat. Hoc est contra Caiet. et Sotum, et
 patet, quia existens in materiali exercendo se circa
 alios aliarum virtutum non peccat; ergo nec
 exercendo se circa iustitiam. Antecedens est om-
 nibus nobilissimum, quia certum est quod adul-
 ter non peccat si eleemosinam largiatur indigen-
 ti, ^{vel} si remunet est. Et confirmatur, quia ju-
 dex in materiali existens potest servare prae-
 ceptas iudicij conditiones, ut patet. Ergo ex se
 iudicium non erit viciosum, et per consequens
 nullum peccatum committet, immo opus peragit
 laudabile reddens uni cuique quod suum est.
 Contra hoc obiicit Mag. Boner. De iust. et iur. q.
 60. art. 2. in fine, quod talis iudex, non potest
 non generare aliquale scandalum, et aliqua-
 tem sui contemptum, atque adeo non potest non
 esse aliquale peccatum. Sed respondetur de
 contumili peccato publico, et scandaloso, non
 autem de publico dissimili: Sicut enim nemo ius-
 to scandalizatur, ex eo quod iudex, quem scie-
 mus esse concubinarium eroget eleemosinam,
 aut remunet, ita nec ex eo, quod velit reddere
 alteri quod suum est iuxta sui muneris obligationem.

Tertia legitimi iudicij conditio est
 quod procedat ex recta estimatione pru-
 dentia, et debita consultatione. Egi

Equimus hactenus breviter de duabus illis legitimis
 iudicij conditionibus, nunc tertiam aggredimur
 pertractandam. Hoc opus, hic labor est, cuius gra-
 tia hucusq; ^{raptim} ~~curiosum~~ ^{curiosum} omnia tractavi-
 mus, qua tanquam illius fundamentum anobis
 sunt disputata. Est igitur tertia ista conditio,
 qua communiter iudicia vitiat, et labefactat,
 quaeq; uniuscuiusq; iudicij, et Praelati munus
 debet alie adherere, quoniam ~~causae~~ ^{causae} eius
 est periculum conscientiae, quo sunt magis in
 causis iudicandis praecipue, et in consultandis
 nequissimi detraheres, et Vexatiles. Parum namq;
 pesare, se se bene sentire, multum sibi assu-
 mere, et arrogare mutuo se se comitantur: tes-
 te. D. Hieron. Verum enim vero, quando Delib-
 giones sincere, et nullo peracto in scriptis pro-
 cessu gubernantur, ne dum quidem in iudicijs
 excedere admodum licebat, ut in illis aequitas
 deficeret, quam Lex naturalis, et divina, de-
 veda, ac debita defensionis tutela, et de his
 quae nequit Sinceritas supplere, suggerit, et
 commonet. Quanto maiori cum ratione haec
 nostra tempestate personarum pondere aucta, et
 hominum malitia, et calliditate depravata, et
 in qua tot scriptis processibus res agitur, con-
 venit cum distinctio, et claritate, quoadusq;
 Praelatorum iurisdictionis, et potestatis se extendat.

quibusq; limitibus circumscribatur agnoscere, et
 explorare. Nam hibi in animum inducant ali:
 qui facultatem privilegiorum gratia sibi conces
 sam, ut sine iudiciali strepitu, minima serua:
 tis iuris apia bus inducent, plenariam esse, et
 ad cognoscendum de omnibus, prout sibi pla
 cuerit sufficientem. Quod Longo antea abest.
 Nam Summi Pontifices, a quibus indultum istud
 fuit concessum, explicant, qui nam sit iuris api:
 ces vitandi, et de quibus Verba faciunt. Hanc
 ergo ordinem maioris diffidationis, et clari
 tatis gratia observabo. In primis agam de
 his, qua ad exordium legitimi iudicij pertinent,
 deinde, de illis, qua ad debitam eius prose
 quutionem expectant; Et tandem de eius fine.
 Exorditur enim ab inquisitione, vel denuncia
 tione, vel accusatione; prosequitur autem le
 gitimis probationibus; et perficitur sententia,
 et executione. Hac tria sunt qua poterimus
 brevitate pertractanda; proposita prius quam
 quasi proemiali quaestione, in qua, que nequeunt
 circa ordinem iudiciale vitari, quantum sine
 iudiciali strepitu procedatur, examinabimus;
 ut faciliori negotio postea possimus videre, ad
 que tot exhausto iuris rigore se possit extendi
 Prelatorum potestas, et iurisdictio, ut iudicium
 procedat ex recta aestimatione prudentia, et
 debita consultatione, et hac tria recte iudicij
 exigat, et praecipit.

¶
Sertu

Sextum Dubium.

125

Verum Praelati Regulares, teneantur
ad observandum, quae in iure commu-
ni continentur iuxta ordinem iudiciale?

Circa hanc quaestionem est primo advertendum
quod inter iudiciorum distinctiones, quas Doctores
referunt in materia de iudicijs, Una est,
quod iudiciorum, aliud dicitur ordinarium, ali-
ud vero Summarium. Iudicium ordinarium
est illud quod ordinarie tractatur sublati
Solemnitatis iuris positivi in iudicijs requi-
sitis, quarum Lex prima meminit, et huc her.
offeratur, de litis cont. et al. et. l. probatam
et ibi Bart. et docet. C. de sentent. et cap. quo-
nam contra. de probat. Sine quibus Solemnita-
tibus iudicium est nullum, et ibi dicitur. Iu-
dicium vero Summarium est illud quod Summarie
tractatur sine Solemnitatibus praedictis, de quo
habetur in Clem. super de verb. sig. et ibi
Doctores. Sed praeteri de hoc iudicio dispu-
tat Bart. in Extravag. ad repr. menda. in vers.
Summarie, et in vers. et figura, et Baldus in l.
iudices C. de iudicijs. Quid autem operetur
procedere Summarie simpliciter, et de plano, id est
secundum aequitatem, veritatemque sine iuris so-
lemnitate, et sine iuramento, et figura iudicij Syl-
vester docet ubi s. Armula verbo iudex. §.
13. Angelus verbo iudicare §. 6. Speculum

conuentionum. 3. p. art. 10. *Monachos. in Cancell.*
Reg. 31. q. 3. n. 6. Anto. Gab. t. 2. et de clau-
Sulis cons. 6. Peus rub. t. 1. lib. 3. ordin. pag. 780.
 2. nota quod ad debitum ordinem iudicij aliqua
 sunt necessaria secundum legem Dei natu-
 ralem, vel scriptam, aliqua vero secundum
 ius posituum commune. Et haec sunt in duo-
 pluri differentia; alia enim necessaria de iu-
 re, quia ipsum diuinum ius explicant, et ad
 ipsum debite obseruandum iudicantur a Prin-
 cipe quodammodo necessaria; Alia vero ^{sunt} iu-
 ris apices; quae ^{ut solemnitates} praecipuntur ad euitandas
 calumnias, et ad meliorem, et commodiorem iu-
 dicij dispositionem, et executionem. Et tan-
 dem alia sunt de iure positum particulari;
 qualia sunt, quae in specialibus cuiuscumque Re-
 gionis constitutionibus praecipuntur.

3. nota quod solum Princeps potest concedere
 quod procedatur Summarie, et de plano simpli-
 tate sine strepitu, et signa iudicij scilicet uallo
 vel extraiudicialiter, ut notat glori. in dict.
 Clem. de pe, et ibi communiter omnes. Et
 ratio est, quia nemo potest in Superioris lege
 dispensare, sine eius auctoritate, quia si par
 in parem non habet imperium, quanto magis
 in Superiorem.

H. magistratus
 H. de recey. arbi.
 cum similibus

4. nota.

Nota quod nostra Regularium iudicia, hoc gau-
 dent privilegio ex concessione Bonifacij. 8. et
 post eum aliorum Summarum Præsulum. Tenor
 autem prædictæ concessionis hæc est. Bonifacius
 Episcopus servus servorum Dei, Nihilis filijs Gene-
 rali, ac Provincialibus Ministris, ac uniuersis
 fratribus ordinis fratrum Minorum salutem, et
 Apostolicam benedictionem. Ad augmentum Con-
 sistentium, Religionum, et Ordinum, quos Romana
 suscepit, et approbavit ecclesia, paternis studiis
 intendentes, et considerantes attentius, quod
 non intermissa sedulitate disciplina Religionis
 et ordines prædictos, statusque Regulares salu-
 critate dirigit, et conseruat, quod si eam perire
 vel remitti contingeret, omnia quilibet tollendi
 necessario cogerebatur. Pensantes etiam quod si
 Regularium personarum correctio, rimas iuris, et }
 apices sequeretur, huiusmodi rigore Lentesceret }
 ac multiplici laxatione torqueretur. Nos vestris
 supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica
 indulgemus; ut ad correctiones, et punitiones fac-
 tum eiusdem ordinis delinquentium infligen-
 das, Prælati ordinis prædicti; ad quos eadem }
 spectare cognoscuntur, rimas, et apicibus ipsis }
 postpositis libere procedere valeant. Secundum }
 consuetudines approbatas, et generalia facta, et
 etiam facienda ipsius ordinis instituta. Nec

volumus eisdem licere fratribus ab eisdem correc-
 tionibus, et punctionibus aliquatenus appellare
 prout in hoc deliberatione, ac maturitate
 debita observatis. Nulli ergo omnino hominum
 liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere,
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis
 autem hoc attentare presumpserit, indignationem
 omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli
 Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum
 Romae apud Sanctum Petrum 2 Idus novembris
 Pontificatus nri anno primo.

Ex quo privilegio patet nostra iudicia esse de ge-
 nere Summariorum, plurimumq; differre ab illis
 in quibus sollemnis, et perfecta iuris observatio
 requiritur, ut de testib; ad specul. institut. de
 inquisitione § ult. n. 5. et a Pragor. in c. cum
 pastoris. 2. q. 2. et ab Abba. in cap. ea que de
 Statu Monach. et in cap. cum contingat de foro
 comp. Tota vero difficultas consistit in explica-
 tione istius concessionis; Sunt enim multa, que
 non possunt licite vitari, quamvis procedant
 prelati de plano, et sine Thepitu Judiciali.

Sit prima assertio. Pralatus Negotiorum in ordi-
 ne iudicati tenetur observare, sicut quilibet
 alius iudex, omnia illa, que sunt iudicio necesse-
 saria, secundum ius naturale, vel divinum,
 nec circa hoc aliqua potest haberi dispensatio.

Unde Pontifex Summus Imperatoris casavit Sen-
 tentiam, quia fecerat contra naturalem equi-
 tatem. Clem. Pater, ^{alis} de re iud. §. ceterum ibi que
 a iure provenit naturali. Hoc nulla indiget
 probatione, quia nemo est supra ius naturale
 vel divinum. Ergo qua in illo præcipiuntur
 nullo modo possunt suppleri, qualia sunt.
 Præmo auctoritas in præfato, vel iudice est tota
 scilicet ab habente potestatem; quia nemo de-
 bet sibi honorem assumere ad Hebr. 8. et
 Eccl. 20. dicit. Qui potestatem sibi assumit in-
 iuste, odietur. Et ad Rom. 14. In quis
 qui iudicas alienum servum. 2^o citatio
 partis, iuxta illud Num. 16. misit Moyses, et
 vocavit Datan, et Abiron, et responderunt ei-
 tati: non venimus. Ecce contumaciam post
 quam sequitur est pena. 3^o interrogatio partis
 citata Eccl. 11. præius quam interroges, ne vi-
 superes quemquam, et cum interrogaveris cor-
 spi; et Josue. 3. Interrogavi Acham, confitere
 peccatum, quod fecisti. 4^o probatio per testes
 ut patet Deut. 17. et 19. et Matth. 18. et 2.
 Corint. 3. Vel alio modo ut infra dicemus. Est
 dem debita causa conclusio dænando, vel absolvendo.
 2^a Conclusio. Prælati etiam Regulares in rebus
 non levis iudicandis tenentur observare, qua
 sunt in ordine iudiciali de substantia iuris Ponti-
 ficæ, qualia sunt illa, qua concernunt debitam

+
 Que sunt de
 substa iudicij.
 1. Auctoritas.

2. citatio.

3. interrogatio p^{ts}

4. probatio.

executionem praeiudicium omnium, quae ex iure
 naturali, et diuino iudicantur in iudicijs ne-
 cessaria. Ecclesia enim considerans necessa-
 rium esse iudicem legitimam habere potesta-
 tem, circa hanc rem plura decreuit, et ha-
 bentur in tit. de offic. iudicis ordinarij, et in tit.
 de officio Vicarij, et de offi. iud. deleg. et alijs.
 Considerans similiter citationem partis sic, vel
 sic esse necessariam plura statuit, quae habemus
 in varijs titulis, ut in cap. 1. de iud. in. 6. et. c.
 1. de dilacionibus. Et tandem si audiendus est
 reus, si adhibendi testes, vel alia probatio, qua
 mediante veritas pateat: Pro his debito exe-
 quendis habemus titulos integros, in quibus
 plura continentur necessaria observanda, quod
 patet ex fundamentis praedictis, quia nullus pos-
 test in superioris lege dispensare, sed Religijs
 non renunciant iuri communi, nec Praelati
 privilegium habent a Sede apostolica, quo se ab
 eius observatione excusent, nisi pro aplibus tantum.
 Ergo tenentur iuris substantiam observare.
 V. D. Tho. 2. 2. q. 67. ar. 1. & 2. et eius ex-
 positores, scilicet Magister Boner, et Arago,
 et Sotum de just. et iure ubi. 7. qui omnes ac-
 criter hanc defendunt veritatem.
 Et si obijcias contrarium observari in aliquibus
 Religionibus. Respondet Magister Aragon
 ubi.

ubi s^u sub his verbis. Nulli Praeter docti, et timo-
rati hoc faciunt, sed solum illi, qui sua potens-
tie, et ignorantiae fidentes, Du timore postpati-
to, in delictorum promissione, non tam bono comu-
ni conducere, quam sua opinioni satis facere stu-
dent; quorum plura possem in medium adducere
exemplar, sed meminerint se in his non solum
peccare materialiter, sed etiam ad cuiusquam la-
tionis fama inde subsequente restitutionem te-
neri, qui sua potestate, et officio abutentur,
tanto maiorem iniuriam irrogant, quanto po-
tentius, et gravius nocent. Hadeng. Magister
Argon: Et optima ratione adducitur vix
voluntarius; nam solent multi intervidi candidi
resum negotia in gyrum compellere, et hinc
ea claritate, qua in divina lege praecipitur, con-
cultato negotio, vix auditam partem concutere.
A qui bus possentis querere, quod Nicodemus
a Phariseis Joan. 7. Numquid Lex nostra iudi-
cat hominem, nisi prius audierit ab ipso, et
cognoverit quod faciat? Extat ne fortasse
Lex, aut Constitutio, qua hoc praecipiat? Alij
vero, qui quovisquam per confessionem rei, de
delicto volumus certiores fieri, id tamen faciunt
ut miserabilem hominum potius res deterior
fiat, quam ut illos defendant. Quia si rei neg-
liunt responsionibus satisfacere, eorum postea

interrogationibus

utuntur iudices ignorantia, et in ea fundati eos
 condemnant. Audi obsecro, non hominum Reli-
 giosum, sed Fethem gentilem dicentem act. 25. Non
 est constructio Romani damnare aliquem, prius
 quam locum defendendi accipiat ad abluenda
 crimina, quæ ei obiciuntur, Et dominus ait san-
 17. Nolite iudicare secundum faciem, sed iusto
 iudicium iudicate. Constat autem, quod si ali-
 quis istam Superiorum interrogatur, maneat
 ne excommunicatus regularis, qui alterum pecc-
 caverit, quod ingenue fateatur, quia incurreret
 in Canonem, si quis suadente. Et similiter si in
 iuris penas incidere, qui per seipsum, vel ante le-
 gitimam aetatem ordinaretur, quod etiam affirmat
 ret; quia Religiosi non sunt exempti a penis iuris
 communis. Ergo nihilominus erunt Superiores
 exempti a penis, quæ illis sunt impositæ, quæ in or-
 dine iudiciali excedunt, et iudicant contra iustitiam,
 et dispositum in iure communi, in quo alia sub præ-
 cepto, alia sub suspensionis, et privationis pena in-
 ventur; et commune est id ipsum iudicium irritum
 facere, et annullare. Et tantum abest quod Reli-
 giosum Superiores sint exempti, ut vel potius ^{et} iudicis
 teneantur, simul enim Patris, et Presbiteri partes a-
 gunt; ^{et} cum regulanter alius reo defensor,
 et advocatus non concedatur, non debet profecto
 Prelatus accusatoris, aut fiscalis ministerium
 exercere.

3^a assertio. Quamquam haec doctrina certa sit non
 ideo Sanctus Religioſum. Velis condemnandus
 est, quae leuia quadam, et parui ponderis cri-
 mina sine aliquo precepto, et iudicij figura seu
 forma punire solent, ommissis etiam illis, quae
 non sunt de turis capitibus; quia in his puniendis
 tanquam patres familias potius, quam ut iudices
 procedunt, et leuissima, et ~~sepe~~ ^{sepe} nulla pars esse
 solent quibus haec crimina debent affici. Quod
 imprimis probatur, quia si in his minimis crimini-
 bus puniendis turis regulae obseruantur, quam-
 quam alias sint substantialis, qualis est sine
 testibus pluribus, et sine accusatore procedere,
 et contra legem aliter; esset profecto Religioſum
 quietem, et regimen perturbare, et in fructa Sac-
 torum ^{earum} ~~eorum~~ ^{fundatorum} exempla profligare, et Religio-
 sum quae Conuentum, causarium Cancellariam
 efficere, quod nequaquam conuenit. Sic docet
 D. Mo. 22. q. 33. art. 7. ad 4. et colligitur ex
 eodem in 4. q. 67 art. 3. et ibi recentiores cum
 Soto lib. 8. de iust. et iur. q. 4. art. 3. Vide Ioan.
 Monach. in cap. 1. de religioſis domibus. lib. 6. quod
 confirmatur, quia ipsismet secularibus, et eccle-
 siasticis iudicibus conceditur, immo et iubetur in
 causis leuibus de plano, et sine aliquo iudiciali
 precepto procedere, ut notat Syluest. Verb. iudex. 1.
 §. 2. vers. 3. et 8. Nauar. cap. 28. n. 13. per.

l. lenia. ff. de accusat. Redin. de maiest. Princ.
 ad proem. instit. fol. 9. n. 47. et habetur in
 Clem. saepe de verb. sig. et sapienter in conat.
 Irid. ff. 22. cap. 1. ff. 29. ff. 23. de vend. c. 1.
 ff. 24. c. 3. et 20. ff. 25. de usue. c. 6. et 14.
 In his ergo fatemur libenter regulares tracté
 vel expressé renoutrasse iuri suo, et aliud plus
 illis concedi, quam secularibus. Ut autem doc-
 trina hac clarius constet, vide Lind. Turrorem.
 explicantem regulam D. Benedicij, ad cap. 24.
 ubi leniores culpas censuit, que in his versantur
 quarum violatio noxam capitalem non affert,
 ut vasis conspectio, violatio silentij, et alias
 huiusmodi. grauiores illes iudicat, que aut leg-
 ges diuinas, aut essentialia regula uiolant,
 ut castitatem maculare, aut pertinaciter non
 obedire prelati ecc. In his ergo culpis, que lenio-
 rum genere continentur, non tenetur prelati
 etiam essentialia iuris seruare, nec expectandus
 est accusator, nec defensiones sunt admitte-
 nde. Sed animo submisso quilibet obedire obstringitur
 cap. ad nostram, cap. reprehensibilis, de appel.
 cap. qualiter et quando el. 2. de accusat.
 Specul. introit. de inquisitione ff. ult.
 ff. assertio, quamvis Regularium Superiores tenen-
 tur in rebus grauibus, que sunt de substantia iuris
 seruare

Servare, possunt tamen, que sunt de apibus om-
 mittere. Patet, ex predicto privilegio Bonif. 8.
 et reliquorum Pontificum Summarum, immo et si
 bene consideretur, hoc est de communi iure, ut
 patet ex cap. qualiter et quando de accusatio. ^{ubi} Inquit Innocent.
 in fine. Et praterea confirmatur ex antiquo 3. ubi Sunt tamen
ma Religionum omnium consuetudine, que ordinem contra re-
ut diximus, optima est legum interpret. cap. quales persona sum-
am dilectus, de consuet. Et si legitima est, et Jesuandem, que cum
debito temporis transcurso comprobata, vim (causa requirit) faci-
habet privilegij, ut omnes testantur, et iuris tunc, ac liberius a
ditionem confer. cap. cum contingat de pro. cons. nationibus amnesi-
huius possunt admitti
 Sed dicas. qua obsecro sunt illa, que non debent. c. pertinet in fine
 tanta iuris, sed de eius apibus sunt dicenda? de sumaria
 Respondeo, quod ea supradictis possunt facile colli-
 gi, et ne res, pro cuiuscumq; arbitrio iudicanda
 maneret, predictam apicem meminit Clem. 8.
 in predicta Clem. 8. de ver. sig. sub his verbis.
 Sape contingit, quod causam committimus, et
 in eorum aliquibus, et de plano, ac sine strepi-
 tu, et figura iudicij procedi mandamus; de quo-
 rum significatione Verborum a multis contenditur,
 et qualiter procedi debeat dubitatur. Nos autem
 dubitationem huiusmodi (quantum nobis est possi-
 bile) decidere cupientes, hac in perpetuum valitu-
 ra constitutione sancimus, ut iudex, cui taliter
 causam committimus, necessario libelli non exigat,

Litis contestationem non postulet, in tempore etiam
 feriarum ob necessitates hominum indulgentiam
 a iure procedere valeat; amputet dilationum
 materiam, litem, quanto poterit faciat brevi-
 orem; exceptiones, appellationes dilatorias, et
 frustratorias repellendo, partium advocatorum
 et procuratorum contentiones, et iurgia legi-
 timamque superfluum multitudinem resecando.
 Non sic tamen iudex litem abbreviet, quin pro-
 bationes necessariae, et defensiones legitime ad-
 mittantur. Citationem vero, ac prestationem
 iuramenti de calumnia, vel malitia, siue de
 veritate dicenda, ne veritas occultetur) per ab-
 sentionem huiusmodi intelligimus non excludi.
 Verum quia iuxta petitionis formam pronun-
 tiatio sequi debet per parte agentis, et etiam
 rei, si quid petere voluerit, est in ipso liti exor-
 ditio petitiio faciunda siue scripta, siue verbo, adhi-
 tamen continuo sicut super quibus petitiones,
 et articuli formari debeant, possit haberi ple-
 nior certitudo, et ut fiat definitio clara) in-
 terenda. Et quia petitiones ad facilitatem ex-
 peditionem libum, propter partium confessiones,
 et articulos ad clariorum probationem usus con-
 gimus in causis admittit. Nos usum huiusmo-
 di observare volentes, statimus, ut iudex
 sic

Sic deputatus à nobis, nisi aliud de partium vo-
 luntate procedat ad dandum simul vtroque ter-
 minum dare possit, et ad exhibendum omnia
 acta, et monumenta, quibus partes vbi voluerint
 in causa post dationem articulorum, diem con-
 statam, quandocumque sibi videbitur, valeat assignare;
 eo scilicet, quod ubi remissionem fieri contin-
 geret pro testibus producendis possint etiam
 instrumenta produci assignatione sub, medi-
 non obstantè. Interrogabit etiam partes, si-
 ve ad earum instantiam, sine ex officio, ubi
 cumque hoc equitas suadebit. Sententiam
 vero definitivam (citatis ad id, licet non per-
 remptorie partibus) in scriptis, et (prout ma-
 gis sibi placuerit) stans, vel sedens proferat:
 etiam (si ei videbitur) conclusionem non factam, pro-
 ut ex petitione, et probatione, et alijs actibus
 in causa fuerit faciendum. Que omnia, etiam
 in illis casibus, in quibus per aliam consti-
 tutionem nostram, vel alias procedi potest sim-
 pliciter, et de plano, ac sine strepitu, et figura
 iudicij, volumus observari. Si tamen in præ-
 missis casibus, solemnis ordo iudicarius in
 toto, vel in parte non contradicentibus partibus
 observabitur, non erit processus propter hoc irritus,
 nec etiam irritandus. Data Avinioni Idibus
 Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno 2^o.

Jura observanda

1. Jus naturale Div. 3. co. x. n. 1.
2. Jus x. 29. co. 1.
3. Jus Regularium co. 1.
4. Jus talis Religio.
5. Jus talis p. 1.

Hac Pontifex. Sed est advertendum, quod non omnia, quae sunt de capitibus iuris, in hoc textu comprehenduntur; sed haec à Pontifice assignantur exempli gratia, et de similibus simile est habendum iudicium, ut infra late explicabimus. Et hactenus de hac quasi proximali questione, ad illa, quae pro principio, pro medio, et pro fine iudicij sunt Superiori consideranda, de quibus in sequentibus tribus libris est poragendum. §.

¶ Ex dictis omnibus colligitur modus a Regularibus prelatibus necessario servandus, Primo enim ante oculos ponendum est ius naturale et divinum et deinde ius Christianis omnibus commune et postea ius commune Regularibus et tandem ius particulare quae Religio. Quia enim Prelatus Christianus est tenetur statuta iuris communi Christianis omnibus in suo regimine servare. ut patet cap. 1. de Constitut. minime enim Religiosi eximuntur a iure communi ad quod omnes catholici tenentur ut bene probat D. Anton. 3. p. tit. 9. cap. 7. §. 3. et Silvester. v. Inquisitio. 2. §. undecimum servare. Quia vero Prelatus est Ecclesiasticus tenet statuta iuris communi clericis omnibus communi servare ut patet ex D. Tho. 2. 2. q. 287. ar. 2. et fac. in summa v. Religiosi. Et quia Prelatus Religiosus est tenet statuta iuris communi Regularibus omnibus communi servare ut benedict. 3. Tho. 2. 2. q. 228. art. 2. Et tandem quia Prelatus talis Religio tenetur particularia statuta illius Religio servare tenetur ergo statuta iuris communi tam Christianis tam clericis quam Regularibus communi ad unum servare hac restrictione ut si a sede Apostolica in suis Religio constitutionibus sunt restricta aut moderata ut saepe contingit, omnino observentur, quae vero non sunt servent quatenus sunt in iure communi. Hac pro oculos subita necessaria Regula quae si speciale statutum est contra ius commune et confirmatio a Papa in hoc iuris tribuit ut iuri communi deroget, et si confirmatio est ex certa scientia redditur valida et firmam quatenus iuri communi deroget ut benedict. Silvester v. Absolutio. 2. et v. Confirmatio. n. 1. Et hactenus ut §. ¶

139
Liber Tertius De his
quæ conueniunt principio
cuiuscumq; iudicij -

Dubium primum.

Quæritur primo, quibus modis pos-
sit Superior iudicium formare
contra delinquentes?

Respondeo, quod potest procedere, vel per accus-
sationem, vel per denunciationem, vel per in-
quisitionem, ut patet ex Decreto Inoc. 3. in cap.
qualiter et quando. el. 2. de accusationibus
cuius hic est pena. Ad corrigendas itaq; sub-
ditorum excessus, tanto diligentius debet Præ-
satus assurgere, quanto damnabilis eorum offe-
nsa desereret incorrectas. Contra quos, ut de
notorijs excessibus taceatur, et si tribus modis
possit procedi, per accusationem videlicet, de-
nunciationem, et inquisitionem ipsorum: ut tamē
in omnibus adhibeatur cautela, ne forte per le-
ue compendium ad grave dispendium veniatur.
Sicut accusationem legitima debet precedere
instructio, sic et denunciationem Charitativa
monitio, et inquisitionem clamorosa inrimatio
preuenire: illo semper adhibito moderamine,
ut iuxta formam iudicij, sententiæ quoq; forma dicatur.

Et si dicas contra, quod in calce textus sic ait Pon-
 tificex. Hunc tamen ordinem circa Regulares
personas non credimus usque quaque servan-
dum esse? Ergo Religiosi non tenentur sic pro-
 cedere? Respondeo secundum Abbatem, quod
 exceptio hæc debet intelligi de rebus parvi mo-
 menti; Vel secundum alios, (et fortasse melius)
 est referenda ad alia, quæ de apicibus iuris
 in hoc. cap. continentur. Huic sententiæ suf-
 fragatur Alex. Alens. 3. p. q. 4. n. 1. ubi pro-
 bat prædictos tres procedendi modos origi-
 nem trahere ex diuino iure. Accusationis
 enim processus deducitur ex illo Deut. 25. Si
fuerit causa inter aliquos, et interpellauerint
iudices, quem iustum esse perspexerint
illi iustitiam saluam dabunt, quem impium
condemnabunt impietatis; Et ex multis alijs
 locis ubi scriptura sacra accusationis me-
 minit. Processus tamen denunciationis inni-
 titur illi Levitici testimonio c. 5. Qui audierit
voce iurantis, testisq. fuerit, quod autem ipse
vidit, aut conscius est tibi iudicauerit, pro-
ferat iniquitatem suam. quæ optimè inter-
 pretatur. D. Aug. Super hunc locum, et hæ-
 betur. 22. q. 5. cap. hoc videtur dicere, Et
 præterea innititur illi Matth. 18. Dic ecclesiæ.

Processus tandem inquisitionis fundatur, tam
in Veteri, quam in novo Testamento. Si quidem
gen. 18. inquit dominus. Clamor Sodomorum,
et Gomorrhæorum multiplicatus est, et pella-
tum eorum aggravatum est nimis; descendam
et Videbo, utrum clamorem, qui venit ad me
opere complerent, an non est ita, ut sciam,

Et Luc. 6. dicitur villicus, quid est quod au-
di dete? redde rationem villicationis tue.

Huius triplicis procedendi via meminit etiam
ius civile multis in locis, sed præsertim de
accusatione, in l. cum suppositis. C. ad Legem
Cornel. de fals. et. l. 3. C. ad Legem Flau. de Plag.

De denunciatione in l. ea quidem. C. de accus. | Absentem et

De inquisitione. in l. congruit. ff. de off. Præsi. et in aut. ut nulli
iudicium inopi. collig

Oportet ergo circa hæc tria aliqua proponeri.

Secundum Dubium

Queritur, quid sit accusatio, et
in quibus ab alijs duobus pro
cessibus differat?

Respondes, quod accusationem sic diffinit
Syluest. verbo. accusatio secunda Arzo. in summa.
Est scilicet delatio rei de crimine in libello
ad vindictam. Et huic diffinitioni, seu potius

Descriptioni addit et. D. Tho. 2. 2. q. 88. propter
 bonum commune. Sed nec adhuc Sufficienter
 diffinitur; quia accusatio quomodo sit prop-
 ter bonum privatum, ut habetur tit. de Accus.
 ff. et c. Unde Placentinus anti quistimus
 iuris civilis interpres, in principio sui tractatus
 de accusationibus publicorum iudiciorum, nihil
 aliud vult esse acculare, quam aliquem velut
 reum criminis deferre. Sed diffinitio haec
 in pluribus deficit, sicut fere omnes, quae
 communiter referuntur; quia pari ratione con-
 venire possunt denunciationi publicae. Unde
 accusationis quidditas perfectius intelligitur
 ex conditionibus, quibus differt a denunciatione
 tam Evangelica, quam iudiciali, tam publica,
 quam secreta. Et potissima est quia via de-
 nunciationis iudicialis, quae communiter fit
 apud iudicem ecclesiasticum convenit cum ac-
 culatione in eo, quod utrobique puniatio ordinatur
 ad bonum commune; sed differt, quia accusatio
 fit ut puniatio deterreantur malefactores
 Denunciatio autem ut impediantur mala, quae
 imminere in futurum; in quo sane differt etiam
 a Denunciatione Evangelica, quae fit Praelato tunc
 quam Patru in bonum privatum fratris. Alia

Sunt diffe

Sunt differentia, quia scilicet non necessarium
 est quod ad accusationem precedat fama, nec
 Evangelica correctio, et alia, de quibus infra
 est agendum. Ad accusationem quam reduitur
 via exceptionis. Est enim exceptio, quae reo com-
 petit contra actionem, quae est in eum, et dicitur
 quasi actionis exclusio, de qua nonnulla dicemus
 quando de probationibus sit sermo. §

Tertium Dubium.

Utrum Religiosi possint, vel teneantur
 ad accusandum?

Quaestio haec non parvam haberet difficultatem, si
 qua hic solent Doctores adducere, cum de obligac-
 tione agunt, essent disputanda. De quibus D. Thom.
 2. 2. q. 63. ar. 11. et ibi Soto, Aragon, Bañez
 et reliqui eius expostores. Illa autem omnia
 ommittenda duxi, quia si Religiosi^{et si}, aliquando
 teneantur ad accusandum in peccatis contra
 repub. regulariter tamen non tenentur accu-
 sare. Quocumque enim dato delicto, praetermissa
 accusatione in qua vindicta expeditur; sat est
 ubi denuntiatione, in qua explicanda adduce-
 mus, quae hic poterant disputari. Ceterum
 quamvis regulariter non teneantur Religiosi

accusare, licet tamen eis hac via in suis
iudicijs, et aliquando expedit; et contrarium
sapit errorem Iuliani Apollata, qui explode-
bat Christianum quarelas de iniurijs, quasi
essent contra Euangelium, quem confutat
Di. Greg. Nazi. Lib. 1. contra Iulian. Unde vi-
diculum est, quod aliqui sibi persuadent solis
Religiosis Euangelium fuisse promulgatum, et
ab illis solis observandum, et maximo offen-
diculo, et scandalo perturbantur, quod Religio-
si petunt supplicium de iniurijs sibi illatis,
et non advertunt contumeliam, et iniuriam
Religioso illatam saepe in Universa, siue ipse
Religionis damnum, et dedecus redundare;
Et quamvis sit ratione consonum, quod priva-
tus Religiosus de contumelia veniam condonet;
Superior nihilominus de dedecore, et ignominia
sua tenetur Religionem defendere, et vindica-
re, et si iniurians famam laesi unicuique dicitur
de bono nomine curia, et alibi
maledictus homo, qui negligit famam suam.
Et denique isti vitium detractores, et invidio-
samente corrosores, cum nulla vel scientia, vel
experientia possent, Cues, ac vabosi ionatiter
loquuntur. Moralis prudentia (quia Virtus
in medio consistit) ab extremis debet abstinere,
et tanquam morum domatrix, et Regina medio
subli

Sublimis insidendo imperitare. Nam quoniam
 modum fortitudo medium inter timorem
 et temeritatem obtinet, Langitas inter auar-
 ritiam, et prodigalitatem inuenitur, ita humili-
 tas inter superbiam, et potentioram, et Patien-
 tia inter iracundiam, quae est comotio pathi-
 onis, et iram, quae non ex passione, sed ex in-
 dictis rationis penam infligit. Unde D. Christ. in
 Matth. ait, qui cum ira non irasitur
peccat. Incontinentia enim irrationabilis vitia se-
 minat, negligentiam nutrit, et non solum ma-
 los, sed etiam bonos inuitat ad amatum.
 Vide. D. Tho. 2 2. q. 158. ar. 3. Et considera
 Sacerdotem Dei Zelum in Hebraeo, quo dixit, si Viri
Dei sum, descendat ignis de caelo, et deuoret te
et quinquaginta tuos. 4. reg. 1. Hi enim alie-
 nae perfectionis diligentissimi Relatores, qui eu-
 geliacam humilitatem prosequentibus vindictae
 Labem inferunt, quo perfectiores illos volunt,
 eo Sordidiores, et accuratius attendere debent,
 quod licet in contemnendis, obliuiscendis, et
 ex animo penitus euadendis iniurijs. ea Laus
 est, quae nulla praestantior. Coeterum, ut diximus,
 morali Virtus, et intellectuali inter duo extre-
 ma ut inter Scyllam, et Charybdim posita est,
 quorum Vtraque vix dici potest, quam sit perniciosa:
 malum enim (teste D. Thom. 4. cap. de diu. nom)

ex singulis defectibus actus, Coniunctio autem non
 nisi ex integra causa constare valet. Quis fit
 ut hac in re opateat distinguere inter hos ter-
 minos, tenere, licere, et expedire, quia multa
 licent ex iure, ad quae non tenentur, et testis
 Paulo multata licent, quia non expediunt. Quibus
 suppositis abstractum quaestio. Unica tamen est conclusio.

Unica conclusio. Religiosi, aliquando tenentur ac-
 cusare; saepe eis hoc licet; rarissime vero expedit.

Prima pars conclusionis evidentior est, quam
 probatione aliqua indigeat, quia in magnis con-
 tra rempub. criminibus, et quando instat co-
 mune Religionis bonum, vel honor, hac accu-
 sationis via conservandus, aut reparandus
 nemo dubitat, quin Religiosi teneantur accusare,
 servatis servandis, ut infra explicabimus. 2^a
 pars conclusionis, quod scilicet, saepe licet Reli-
 giosis accusare, etiam constat ex multis iuris
 communis Decretis, in quibus hoc expressè conce-
 ditur, omnibus, etiam Regularibus; ea tamen lege
 quod si crimen in eos committitur, ab illis, qui
 est eius familia, possunt illum accusare nulla
 adhibita Praesulis venia, ut probat Lat. e. Rom.
 Concl. 378. Cum autem ab extraneis, id scilicet
 foris admittitur, extra Praesulis veniam nullus
 deferendi criminis locus Religiosis relinquitur

ut notat. u. q. 1. c. nullas. et cap. Parrochianos
 de sent. excoꝛcat. In tantum autem non est de
 legibus interdicta accusatio, ut aliqui existimant
 perperam intelligentes, quia Aret. consil. 132. et
 Petrus de Placa n. 42. adducunt, quod ipsum Abba-
 tem Guerdanum excoꝛ. possunt Monachi, vel pa-
 ter eius subditis accusare. c. ex parte de accusat.
 Vbi Ant. de But. n. 1. et 3. quod limitat ipse text.
 in cap. ex parte de accusat. n. 10. ad crimina
 excepta, de quibus infra erit sermo, et quando
 accusatio tendit ad bonum Monasterij, ut si eius
 bona dilapidarentur ab Abbate ee. quia quilibet
 singularis tenetur bona Monasterij defendere, ideo
 potest dilapidatorem accusare. Hostiensis vero in
 dict. cap. ex parte. n. 3. extendit hoc etiam ad
 rationem suimet ipsius Superioris, ut si discipulus
 sit, et potius exemplum suo destruat, quam ad plect-
 eragum de se committat. Sed has duas opiniones
 existimat Abbas in dict. c. ex parte. n. 3. posse con-
 ciliari, quia in dicto secundo casu Monachi accu-
 santes Superiorem discipulum, si bono zelo fiat, ve-
 re curant de utilitate Monasterij, cui multis mo-
 dis valde nocet Pralatus discipulus. Vide Socin. in
 eod. cap. ex parte. n. 5. Et tandem multi omni-
 posthabita limitatione asserunt, quod in omni ca-
 su pro quo potest Regularis puniri a Superiori, po-
 test ipse Superior a regulari accusari. Quod tenet.

Abbas ibidem
 n. 6

Joan. An. in dict. cap. ex parte n. 1. et sequenti
quem refert, et sequitur Thomas Divisarius
de modo, et ordine oriminaliter procedendi in
per. Regulares. cap. 6. n. 11. v. vno diffinitum re-
fertur in cap. ipsa pietas. 34. q. 4. Ex quibus
omnibus manifeste constat, non esse interdichum
Regularibus accusare, immo. Sapienter ait licere hac
via, dummodo fiat de consensu Superioris
(ut diximus s.) et sic limitabitur. dict. cap. ex
parte ibi licet alios accusare non possint.

3.ª parte conclusionis, quod subicit ratio expedit
Religiosis accusare, patet, quia licet omnes ope-
teat divinis parere mandatis, et subditoria am-
plius consilia, ij tamen qui perfectioris status
professi sunt, et quibus tanti interest tranqui-
litas, ante omnes, praeculis habere debent. Ver-
ba Domini dicenti, mili vindictam, diligite ini-
micos vestros et benefacite his, qui persequuntur vos.
Et si quis te percuiderit in unam maxillam, delictum
ei praebere alteram Math. 5. Et prover. 5. dicitur
Qua viderint oculi tui ne proferas in iudicio vis
ne forte emendare non possis, Ideo, qui fidelis et
zelat amici commissum. c. qui ambulat. 8. q. 8.
Et tandem Servum Dei, ut Verbis Doctoris gentium
Utatur, non oportet ligare, sed mansuetum esse
ad omnes. Igitur cum ex accusationibus capi-
tales occurrant inimicitiae, ut docet glossa in l. licet

1. v. capitalis

ff

ff. de arbitr. et probat. Abbas. cap. i. de collus. de
leg. n. 12. rarissimè expediet viris perfectij
hac vltima via accusationis, et securus decem
re oportet ad denunciationem. §

* Est igitur primò standum
quod antiquæ leges vetant ceteris
hanc a laicis, nisi duxerit a Seve
rius maiores a minoribus accusari,
s. quoniam. §. ad Seve. et Thome. l.
qui accusare ff. de accusa. l. l. c. q.
Clemens dicitur in Epist. 1. ad Sa
colu. rem adimmi. Eusebii Epist. 1.
Arcesadij et Honorio. Aug. in Rom
lege cavuerunt, ne servi dominiq
sola Laes audirentur, sed sig. his q
ex ista ratione caput atq; fortunas
elegeret, cum cuius familiaritati
vel dominio in se servit, ante eccle
siæ ne testis atq; examinationem
iudicij in ipsa expositione crimi
næ atq; accusationis exordio
vltimo q. ludi's feriretur, vocem enim
funestam aiunt illi. l. c. q. quis. C. de
his q. accus. non poss. amputari. q.
hæ oportet q. audiri. +

Quartum Dubium.

Utrum quilibet etiam secularis,
possit accusare Regularem?

Circa hanc difficultatem, licet aliqui tribuen
dum sit consuetudini, multum ipsorum Regularium
Statuti, plerumque vero Prædictis, seu iudicij pro
dentia; qui temporis, loci, personæ, scandali etc.
circumstantiâ optimè perspecta maiori debet
mederi malo. Caterum, ut melius hac vltima
dentia valeat, præ oculis haberi oportet, quid
in ecclesiasticis status fauorem ius Canonicum
circa hanc rem stabilitum habeat. *

^{It. 2º est notandum.}
Quilibet primò non tantum, quod loqui oportet
sub distinctione; aut enim Laicus suam, vel
suarum iniuriam prosequi vult; aut re vera
alienam, In primo euentu, certum est quod potest
accusare clericum. cap. omnibus. 4. q. 6. c. de
cetero de testib. vbi notat Hostiens. licet laicus
clericum accusare tam criminaliter, quam civiliter,
sicut, si suam, vel suorum iniuriam prosequatur;
tunc, cui subscribit Præpos. m. c. quod vers. 2. q. 7.

col. i. legimus & in cap. Maximian, de dist. 8
 quomodo hoc Arch. in Summa. 2. q. 2. limitandam
 censeat ad causas tantum, ut in leg. Sedio-
 muniturⁱⁿ eius sententia recepta⁴⁶ a Neothe-
 rias, et contrariam ut communem sequenda
 docent. In Secunda vero essentia, quando sa-
 licer laicus etiam zelo boni communis ducus
 alienam vult persequi iniuriam, repellendus
 est ab accusatione clericorum, ut in multis sa-
 cris Canonibus sancitum est, et probat Abbas
 et ceteri Doctores in cap. ex parte de testibus.
 Multae sunt rationes congruentiae, quas refert
 Joan. Cris. in tractat. de testibus n. 59. et
 Hieron. Gigon. in tract. de crimine laici. in
 in rubric. quomodo, et per quos crimen laici
 maiest. probet. q. 15. ~

3. est advertendum. quod hoc clericum primis
 legum concessum est eis regulariter; quia in
 aliquibus specialibus criminibus, non dubium
 est, quin laici iure optime possunt clericos
 accusare, videlicet in crimine haereticæ pravi-
 tatis. c. Sacerdotes. c. oves. 2. q. 7. et in cri-
 mine laesae maiest. c. sancti. 1. q. 3. gloss. in
 cap. Summa. 2. q. 7. et ibi communiter Doc-
 tores. Et in crimine Symoniae. & in. c. tanta
 de Symo. et in sacrilegio, Et in crimine dila-
 pidationis; et hoc licet aliqui limitandum

iudicant. Caterum communitate receptum testatur
 Felix consil. 13. et Juli. Char. in pract.
 Crim. §. sine ver. propter reverentiam nisi 2. et
 Et tandem alios omitto casus, quia nunquam
 vel raro ad Regulares spectare possunt.
 Sed ex praedictis debet Superior investigare
 an Laicum Regularem accusantem debeat
 admittere, an potius repellere. Dato enim
 simili, vel atroci delicto: simile est haben-
 dum iudicium. perspecta semper ratione
 scandali, et legitime praescripta consuetudine,
 Est enim indecentissimum Superiores similibus
 accusationibus facile se praebere, cum Paul.
 Timoth. instruens doceat. 1. epist. c. 5. Pres-
 biteros duplici honore esse habendos, maxi-
 me qui laborant in verbo, et doctrina. Et
 subdit Apostolus. Accusationem noli recipere,
nisi duobus, aut tribus testibus. Quod
 nequit intelligi de iudicij progressu, aut
 condemnatione, ut multorum sanctorum Vero-
 rum testimonij probat ^{hic}. Irenaeus Placer-
 tius, nil enim novum doceret Paulus
 cum in ae duorum, vel trium stet omne
 verum, sed inquit, accusationem noli recipere,
id est (ut Calet. hic) non admittere, quia

non facile admittendam censeat Laicus accusa-
 tionem contra presbiterum, ratione status;
 non enim vult ut accusatione admissa sub-
 iaceat discrimini progressus, an sint testes
 sufficientes, an deficiant testes, sed quod
 ipsa accusatio non admittatur, nisi constet
 de sufficientibus, et idoneis testibus, et
 hoc est privilegium presbiterorum ex
 Pauli ordinatione. *Nullatenus Caiet.*

P. nota quod si ex ignorantia, vel ex aliqua
 illegitima causa semel laicus admittitur
 fecerit contra clericum, est repellendus; si
 ut contrarium censeat Aug. Beronius m. c. l.
 n. 9. de accusat. quod manifeste iuricon-
 trarium est, ut optima ratio probat. Doctor
 Salado in annotat. ad practicam Bernardi Dini
 C. 4. lit. A. Nam cum factus iste, qui in hoc
 versatur in factum clericorum, et maxime
 totius sacerdotalis ordinis, fuerit introductus:
 minime in eius preiudicium, et clericorum per-
 niciem laici ad eos accusandos adversus sa-
 cras constitutiones, magno consilio editas,
 debent admitti; Et ex consequenti, si indebitè
 sunt admissi: debent repelli.

S. nota quod predicta omnia sunt intelligenda
 de hac accusationis via, cuius finis est vindicta
 et

Iuribus quando Veri Licitas Dele Charita-
 tis ductus Probatu suorum Subditum delicta
 pro sunt; non ita facile est reijcienda, ut in
 fradicemus, cum de alijs duabus, Vix sit sermo.

Dubium quintum

Utrum sit necessarium quod
 accusationem precedat Legiti-
 ma in scriptis.

Pro titulo questionis adverte, quod inscribere
 (scilicet Sylueta verbo inscriptio) nihil aliud re-
 putant aliqui esse, quam accusationem pro-
 fiteri. Vera esse, quae in libello sunt, vel
 secundum alios obligari ad penam similem
 ei, quam reus debet pati si accusator proba-
 uerit. Sed quia accusationem ad penam, vel
 illam penam obligari si deficit in probatio-
 ne, sic est ipsius accusationis effectus, quia ut
 ex consequenti sequatur ad illam, siue ser-
 uatur, siue non. *De iur. 22. q. 68.*
ar. 4. Specul. tit. de accusat. lib. 3. §. 1. n. 17.
Anto. 3. p. Sum. tit. 9. cap. 3. §. 3. iuxta textum
in l. quisq. 2. q. 3. Etideo S. Doctor Isid.
 quaerit, Utrum necessarium sit accusationem
 inscriptis fieri, quod intellige sub forma iure

potita, vel alia aequivalenti, de cuius mente ab-
 Soblectur questio. gemina assertione.
 Prima assertio. In rebus gravioribus, et non potius
 in rebus; necessarium est accusationem in
 scriptis fieri secundum formam iuris. Patet
 testimonio. D. Aug. relati in cap. accusator
 2. q. 3. quod quidem necessarium est, ut si
 accusata postea fuerit de calumnia convicta,
 nequeat accusationis formam negare. Et
 tandem adhibenda sunt defensiones, et probac-
 tiones, et convenienter fieri non potest, nisi
 ipse libelli caput occupet accusatio; nec
 alio modo debet eam Superiora admittere.
 Et consuetudo dixi secundum formam iuris;
 quod intellige expressam, vel virtutalem, id est
 explicantem, quod actus accusat, et non de-
 nuntiat; quod est maxime advertendum
 propter aliquos. D. Thom. de calumniatores, qui
 falso docent idem esse apud illum inscriptionem,
 et modum ipsius scripturae delicti Superiori oblatam
 quod quidem est plusquam falsum; non enim.
 S. Doctor loquitur nisi de scripto accusationis
 id est habente formam accusationis; et qui
 aliter. D. Thom. interpretantur, rei sunt igno-
 rantie multorum existimantium, quod omnes
 epistolae, seu litterae ad se missae vicem habent
 accusationis, et loquunt illos, qui eas scripserunt
 probare

probare, et alias machinantur calumnias, qui
 hoc Religionis quietem turbant, quod minime
 fecissent, si attente. cap. li. cet. de accusatio-
 nibus in huiusmodi, ubi quidam Canonici de-
 nuntiaverunt Papa inter alia crimina sui
 Archiepiscopi crimen ^{inest} Symonia, quod est impe-
 ritium publicum, et qui debet literas accu-
 sari Archiepiscopum; sed requisiti Canonici
 quod accuserent, negant se scripsisse ani-
 mo accusandi, sed denunciandi, et dicunt quod
 Latas suarum literarum excessit, et quia non
 inscripserunt ut in accusatione opus est, nihil
 contra eos agitur, sed imponitur illentium
 Canonici, et Papa de officio ad denunciatio-
 nem procedit. Certe atrocissimum erat Sy-
 monia delictum, et a quibus profertur, publici;
 et tunc imponitur etiam Presul; et non minus
 quam Archiepiscopi legitate praesulgens, et
 coram quo deferretur Summus erat Pontifex; et
 nihilominus ad nihil aliud Canonici compelluntur
 quam ut ab incepta massa dehistant. Quod
 quidem vellem, et maxime vellem ut forent
 omnes contiderent, ne diligenti observatione
 in obstructo scripto aliquam non tanti momen-
 ti epistolam eo animo recordant; ut magni
 molestis eum qui illa scripsit afficiant; ipsi

Viderint. Deus enim non irridetur.

2^a assertio. In crimine leui, non requiritur quod accusatio fiat in scriptis. Hoc probat Syluest. Verb. accusatio. q. 1. ex Legi. leuia ff. de accusat. l. ne quicquam ff. de p. lano. ff. de off. Proc. Et confirmatur pro Regularibus ex l. dictis dubio. 1. conclus. 3. Simile habet iudicium de accusatione criminis notorii, qui tunc omnino cessat ratio legis, et ex consequenti cessat ipsa lex, ut infra probabimus. Sed nota, non idem esse multis certum quod notorium; publicum enim tripliciter solet distinguere; nam aliud est publicum notorium, aliud publicum manifestum, aliud vero publicum famosum. Publicum notorium dicitur, quod sit maior pars Viciniae, Collegij, vel Monasterij, licet non sit notorium provinciae, civitati, vel Parochiae, dum modo in tali vicinia, collegio, vel Monasterio ad minus decem inveniuntur secundum Panormitanam. c. vestra de c. habit. cler. Aliud famosum autem est, quod non notetur scientia, sed fama maiori parte Viciniae, Collegij, vel Monasterij orta a scientibus: Famosum vero dicitur quod notetur fama maiori parte orta non ex scientia, sed ex iudiciis et praesumptionibus. Ita Navar. in Sum. c. 27. n. 250. uita glossam cap. manifesta. 2. q. 1. et c. vestra de c. habit. cler.

Vide

Vide etiam Sylvest. Verb. notorium, et presentia
 Verb. inscripta, Multa enim proponunt Doctores
 circa inscriptionem, que debet precedere accu-
 sationem, præsertim quando crimina opponuntur
 accusatori, vel testi, non enim tunc necessaria
 est semper inscriptio; que omittitur de cetero,
 quia ad iudicia inter Regulares, de quo est
 sermo, nunquam, vel raro visa sunt spectare.

Sextum Dubium.

Utrum accusator teneatur probare; vel
 si in probatione defecerit teneatur
 ad penam Taliionis?

Huius dubitationi Respondet. S. Thom. 2. 2. q. 62.
 ar. 3. quod accusator in causa accusationis
 constituitur pars intendens ad penam accusati,
 ad iudicem autem pertinet, ut inter eos iustitia
 æqualitatem constituat; Iustitia autem æqua-
 litas hæc requirit, ut nocumentum, quod quis
 alteri intendat, ipse patiatur. Secundum illud
 Exo. 21. oculum pro oculo, dentem pro dente;
 Et ideo iustum est, ut ille, qui per accusationem,
 aliquem in periculum gravis pænæ inducit, ipse
 etiam similem pænâ patiatur. Rastenz. S. Tho.
 Et circa hanc taliionis pænâ sunt decreta. 7. Con-
 ul. Carthag. 5. et. Fabiani Lapæ epl. 3. et. 2.

Braxar. Comit. ad. et i. Aulac. 24. Sed
 nihilominus de iurisdictione etiam fieri potest
 modi talionis pena abrogata, nisi in aliquibus
 casibus, ut docet Sot. de iust. et iur. q. 5. ar. 4.
 et Covar. lib. 2. varia. c. 9. n. 1. ubi plura ex-
 rudit de nominis etymologia, de antiqui-
 tate istius pene, et de eius origine. et melius ff
 Sit prima assertio. Accusator tenetur probare,
 et si defecerit debita est nullendus pena, hoc
 probatur ratione. D. Non, et est in p[ro]p[ri]o f[or]o
 notissimum; ut patet cap. qui non probaverit, et
 cap. calumpniator, 2. q. 3. et in p[ro]p[ri]o ff. ad
 Senat. Consul. Impulsum. Et haec est potif-
 sima differentia inter accusatorem, et denun-
 tiatorem; quia hic non tenetur ad probanda;
 immo habet rationem testis, ut infra dicemus;
 ille autem tenetur probare. Unde bene admo-
 net Sot. 2. memb. q. 5. c. 1. infina, ut
 qui fraternaliter denuntiant protestentur Seno
 C. de accusato. accusare, sed denunciare simpliciter, ne habeat
 periculum pene; nam qui accusat quod probare
 non potest; falsum praesumitur crimen imposuisse.
 2^a assertio. Talionis pena iustitia, et conueni-
 entia est contra talem, quam contra accusat-
 torem; probatur, quia reus propter testimonium
 testis damnatur, et non propter accusatorem.
 Un^e Castelle Legibus cautum est testem puniri
 pena

+ ut in l. vlt. C. ne
 sanct. Cap. itere.

Francis. Balduinus
 ad l. 53 Tabularum
 et Aristo. lib. 5 et sic.

1. in causis ubi ut
 alterutram partem
 digna legem tenere
 possit auctoritas et l.
 accusationis; ubi
 cum calumpniantes
 ad vindictam poscat
 similitudo suppli-
 cy C. de accusato.
 cum similibus

pena Talionis, et etiam grauiori, et quod accus
 sandi pro suo interesse, vel suum ascendentiū
 et descendentiū, et collateraliū non tenen
 tur ad Talionem; et tandem. c. 2. extra de calu
 niatoribus imperat Innocentius Episcopus Zamore
 si, quod suspendat ab officio Magistrum Schola
 rum Palentinae ecclesiae, qui obiecta crimina con
 tra suum Episcopum non probauit, usque suam
 purget, vel probet innocentiam, quod animo ca
 lumniandi non fecerit. Ecce quam facile li
 beratur accusans a pena Talionis, ex sola sua
 intentionis purgatione.

¶ veluti habet Pen
 l. 23. Iuri cui con
 sonat etiam de iure
 coi l. que falsa de
 testibz l. non plus
 C. de calum. et l.
 qui crimen C. qui
 accusare non possunt

§ Passatio. Pena falso accusatori infligenda
 debet esse ad arbitrium iudicis, pendata accu
 satoris, et rei, et delicti qualitate. Iudex ergo
 cum delicti grauitas postulauerit Talionis pena
 debet punire, ut prudentia suspeditauerit: iux
 ta quam, primo sciendum est, quod accusator
 vel de irrogata sibi iniuria, cuius vindictam,
 aut satisfactionem expetit, conuenitur; vel de
 aliquo delicto defecit, quod intendit probare.
 Nam si in primo casu intentum non comprobatur;
 mitiori pena, quam si in secundo non probaret
 debet affici. Deinde primo casu aliquibus ad
 hibitis iudicibus liberatur a pena, quod nequa
 quam se res habet in secundo. Item non eadem
 prorsus pena multabitur de subdola fraude,
 et calumnia, ac si testium defectu ipse, inpro-

batione defecisset. Item evenit aliquando
 ut maior, quam talionis pena necesse sit
 in accusatorem animadverti; nam si ^{adversus} superiore
 aliquem Pralatum, ~~in~~ accusationem intulisset
 quod in solennibus iudiciis ~~et~~ ^{sed} ~~non~~ ^{maiori} ~~proceditur~~;
 qui inferret de crimine falsi testimonij in iudicio, non ordinaria falsi testis pena ^{afficeretur}
 et probaret; non ord. ^{est} Pralatus ille ob personam dignitatem, quapropter
 acerbius debet puniri; qui eum sic
 calumniaretur. Item in falsa delatione, et
 accusatione, potest aliquando intervenire ad
 testificandum falso testium inductio, et alia
 conformes circumstantia, quae valde commendat
 praedictam consuetudinem de non inferenda
 pena talionis, nisi quando illis, et similibus
 pensatis circumstantijs; ea, vel graviori, vel
 mitiori aliquem puniendum, duxerit. Sed
 est maxime advertendum, quod in arbitrarijs
 Præulis, arbitrium debet esse iuris, et equis
 tati condonum, alias non valet, ut bene probat
 Ludou. Roma. cons. 376. ubi refert glossam
 in l. eas causas. ff. de condition. et demonstra.
 et late per Hippol. de Mars. in sua praxi
 crim. §. diligenter n. 241. quos refert et
 Sequitur Franc. de Aules cap. 2. proter verbo
 paralyticus n. 3 et Ant. de Butrio in cap.
 ut debitor de appol. et refert ex. ne inni
 taris. de Const. et glos. iuxta glossam inquit
 praedictus Ant. quod si expresse committitur
 aliquid

aliquid iudicis expendendum iuxta suum
 beneplacitum, intelligitur habito consilio pe-
 torum, quem sequitur Cadd. Alex. in dict.
 c. ut debetur de appel. col. ii. vide Felinū
 in cap. quoniam sequenter § porro. ut
 lite non contet. §

Septimum Dubium.

An fraternal correctio sit præmit-
 tenda ante accusationem?

Circa hanc quaestionem diversimodè loquuntur
 Doctores. Nam D. Tho. in 4. dist. 19. q. 3. ar. 3.
 refert duas sententias. Nec satis constat
 quam ipse sequatur in illo loco. Syluester enim
 Verb. accusatio § 3. putat D. Tho. sequi par-
 tem affirmativam. Magister vero Bañer
 2a. q. 63. ar. 1. dub. 1. affirmat D. Tho. sequi
 partem negativam; quod probat ex quodlib.
 1. art. 16. Et quia in dict. art. 1. q. 63. ubi
 de accusationis præcepto disserit non meminit
 correctionis fraternal. Caus. ver. 22. q. 33.
 ar. 7. duo dicit, quibus reputat concedere di-
 versas loquendi modos. D. Tho. Alterum est,
 quando accusatio non est in præcepto, licet sit
 licitum accusare, tunc tenetur accusans
 præmittere correctionem fraternal. Alterum
 est, quando quis tenetur ad accusandum

non habet locum secretæ admonitio^{nem}. Durand.
 Verò in 4. Ioh. 5. D. Thom. q. 4. absolute
 sequitur partem negativam. Et Solo in re
 lect. de ratione legendi. memb. 2. q. 8. Et ante
 illum Adrian. 4. de correct. frat. asserit
 quòd quoties quis habet ius ad accusandum
 non tenet^{ur} pròmittere correctionem fraternam.
 Et reputo sententiam esse D. Thom. quam
 sequuntur fore omnes Neothorici, de quorum
 mente absolvetur questio gemina conclusione.
Prima assertio. Accusatio non necessario, et
 per se pròmittit correptionem fraternam. Patet
 quia nullus est ordo per se inter correptionem
 fraternam, et accusationem. Ergo non requiri-
 tur ut pròmittatur correptio fraterna ante accu-
 sationem. Patet antecedens, quia ut ex dictis
 constat, finis est diversus, sicut et principium;
 siquidem finis correptionis est misericordia;
 accusationis vero iustitia legalis; et accusa-
 tio versatur circa peccatum probabile in iu-
 dicio, correptio vero circa peccatum quomodo
 solibet notum corripienti. Et præterea aut
 accusans petit recompensationem propriæ
 iniuriæ; et tunc non tenetur ad correctionem
 fraternam, quia ius suum petit; aut accusans
 intendit bonum reipub. providere, ut fiscalis
 vel alter tertius. Sed bono reipub. non pro-
 videt

videtur per hoc quod in minoribus iuram Deo
 sit iustificatus. Ergo accusatio non premitte
 per se correptionem fraternam.

2^a assertio. Sicut dicitur accusatori premitte
 re ^{corrip} correptionem fraternam. Patet, quia quod
 tiescumq; non tenetur accusare poterit hoc
 ubi modo si voluerit. Ceterum quid teneatur
 ad correptionem, quotiescumq; non accusat ex
 precepto, ut testatur Caiet. Nec ipse probat
 nec videtur usquequaq; verum propter ratio-
 nem qua probatur prima conclusio. Nec me
 latet Mag. Banez ubi 2^o cons. 3. asserere
 quod quoties quis licite potest accusare, si
 probabiliter sperat quod per suam correpti-
 onem corrigetur proximus, non excusatur
 a precepto correptionis fraternae, sive ante
 accusationem, sive post accusationem: quia
 si homo non esset accusator suum fratrem,
 tenebatur corrigere illum in tali casu; sed ac-
 cusatio non excusat illum a precepto correptio-
 nis. ergo adhuc tenetur corrigere. Hadenus
 Doctissimus Magr, cuius doctrina probabilissi-
 ma est, et optime moderatur sententiam
 Caiet. Sed non omnimodo conuincit argu-
 mentum, quia non quotiescumq; potest homo
 licite accusare tenetur corrigere fraterna
 liter, quantumcumq; credat quod proximus corri-

getur, quia utendo licet alia via, scilicet accusa-
 tionis ius diuini potest directe, et indirecte cor-
 reptionem fratris; et postquam adhibita est via
 accusationis, qua est circa peccata in iudicio
 probanda; iam cessat correptione fraterna, qua
 est via ad denunciationem; aliter inueniunt ho-
 mines, et praesertim ~~in~~ ⁱⁿ statu dam-
 nationis, quia nusquam correptionem meminere
 in suis accusationibus: quod non est dicendum.

qui fisci funguntur
 munere

Octauum Dubium

Verum regularium Superiores, teneantur
 Semper admittere accusationem, an
 vero possint aliquando etiam ius-
 tam rejicere, vel iam admissa

rescindere?
 Pro explicacione questiois, et maiori eorum, qua
 diximus, examinatione aduertendum est. Primo quod
 accusatorum temeritas tribus modis detegitur.
 Aut enim calumniantur, aut prauaricantur, aut
 tergiversantur. ut docet. D. Tho. 22. q. 68. ar. 3.
 Et horum noninum sese meminit ius tam sa-
 nonium, quam civile, ut ex cap. Si quem punitur
 rit. 2. q. 3. d. accusatorum fatet, ubi dicitur, quod
 calumniari est imponere crimem; prauaricari vero
 in accusatione dissimulare, ne scilicet ut reus
 sumi

puniatur: tergiversari, acut desistere sine cau-
 sa legitima ab accusatione. Idem habetur in
 l. ^{de accusatore} ~~accusatorum~~ ff. ad Senat. Contul. Turpitanu. et l. in omnibus ff.
 Calumniā ergo importat falsam criminis obli-
 cationem; prauaricatio vero fraudulentam collu-
 sionem accusatoris cum reo; quod contingit
 quando accusator adiuvat partem aduersam
 vel falsas probationes adducendo, vel distimulan-
 do Veras, ut Superari permittat. Tergiversatio
 vero totalem causae desertionem, sine iudicij
 licentia, vel alia legitima causa, sic enim
 quasi terga vertit, et sic tergiversatoris titu-
 lo appellatur. ~

2. Est aduertendum, quod tria haec non aequa-
 lem impant malitiam, nam calumniator si
 non excusatur ex leuitate materiae, ex ge-
 nere suo mortaliter peccat ut dicit. cap. 15.
 22. diste. et tenetur de damno proximo illato:
 et habetur cap. vlt. de calum. Tergiversator
 vero, et prauaricator regulariter nullum pecca-
 tum committunt, nisi in peccatis venientibus
 in damnum reipub. de quibus accusare te-
 nentur; vel si aliquam malam circumstantiam
 adhibeant; nec ad aliquam restitutionem
 tenentur, vnicuique enim licet suo cedere iuri,
 sicq. totaliter desistere ab accusatione, vel
 in illa distimulare permittendo se Superari, si
 abest falsitas, aut aliqua alia danabilis circumstantia ~

3^o. nota, quod accusationes sunt in duplici differen-
tia perfecta scilicet, et convenientes, vel im-
perfecta et vitiose. Perfecta sunt, quae vel ordi-
nantur ad bonum commune, vel in satisfacio-
nem partis, quae passa est iniuriam; Impar-
fecta vero sunt, quae fiunt propter temerita-
tem, vel calumniam. His suppositis absolvitur
quaesitio aliquibus conclusivibus.

Prima assertio. Superior potest non admittere
accusationem, quam tenet imperfectam, et vicio-
sam; et similiter iam admittam rescindere. Patet
quia remitti facit iniuriam, imo erit iniurius
ordini iuris, si saltem accusationem prosequatur,
et confirmatur, quia si hoc concedunt Doctores
iudicibus secularibus, quanto magis ad hoc te-
nentur superiores illi, qui simul cum potestatis
ac iurisdictionis dignitate paternam curam
erga subditos habent exercere, et accusationem
instruere, et sic eius querelam admittere, ne
inquam foueam se praecipitem dare vult ab
illis adiutus facilius destruantur, quod quam
quam omnes superiores observare debent; su-
premium nihilominus festiori de causa dig-
nitas, et obligatio hoc praestandum comune facit.

2^a assertio. Certum est, quod Praelatus, aut ju-
dex inferior, nequit non admittere, aut rescin-
dere illam iustam accusationem, quae ad satis-
faci

alio simili potest dici mulare, vel suspendere ac-
 cusationem, secundum regulas prudentiæ, ad
 evitandum evidentiùs incommodum. Aliquod
 nulla profectò regula poterit assignari, quoniam
 cum ad prudentiæ normas admittatur; maximè cum
 de Prelatorum causa agitur. Hoc communiter
 consulunt omnes, immo et præcipit Pontifex
 in dict. cap. qualiter et quando, quod non fa-
 cile admittenda est accusatio contra Prelatos:
 potius enim sunt tanquam signum ad Sagittam:
 et quia non omnibus placere possunt, in multo-
 rum odium incurrunt: immo et ipse caret.
 ad illud Pauli. 1. ad Thim. 5. adversus Prasbyter-
orum accusationem non recipere, nisi sub duo-
bus, aut tribus testibus, sic aut. Non facile
accusationem Prasbyteri admittendam cense-
ratione status; non enim vult ut accusa-
 tione admissa subiaceat discrimini progressu
 an sint testes sufficientes, an deficientes,
 Sed quod ipsa accusatio non admittatur, ni-
 si constet de sufficientibus, et idoneis testibus.
 Hactenus perdoctus Viri. Iuste ergo, quod iustum
 est exequeris. Deut. 16. §

Nonum Dubium.
 Utrum Prasul, aut Iudex possit
 aliquem sine accusatore
 condemnare?

Hinc

Hinc quaeritur, respondet D. Tho. 2a 2ae q. 67 ar. 3.
 negativè, quod probat testimonio D. Ambrosii
 Relat. in cap. Si quis potestatem 23 q. 4 di.
 centis. Judicis non est sine accusatore damnare
quia dominus, Judam cum fuisset fur, quia
non est accusatus minimè obicit. Item constat
 ex illo Joan. 8. dum mulieri in adulterio com-
 prehensa dominus dixit. Nemo te condemnavit?
neque ego te condemnabo. Et tandem veritas
 hæc in vobis iure notissima est, ut ex cap. Si
 legitimus de accusat. et l. illicita ff. de offi-
 c. Præsidis, et l. rescriptio ff. de muneribz, et ho-
 noribus; ubi legitur. Si quis accusatorem non
 habet, ab honoribus prohiberi non debet.
 Cæterum in generali regula excipiuntur commu-
 niter aliqui casus. Primus est in leuioribus
 criminibus; de quo supra egimus. dub. 7. assert. 3.
 Secundus, ~~quando~~ quando interuenit diuina
 Revelatio; ut contigit Danieli iudicanti Senes
 qui falso accusauerunt Susannam.
 Tertius, quando crimen est notorium, iuxta
 illud. D. Aug. Super. 4. Genesios, ubi loquens
 de sanguine Abel dicit. Evidentia peccati
sceleris, clamore accusatoris non indiget; et
 idem habetur, in cap. manifestum 2. q. 1.
 Quartus, quando præcedit denuntiatio, vel
 iuridica, vel Evangelica.
 Quintus, quando præcessit infamia, vel indi-
 cina, vel clamorosa insinuatio. In his duobus

6. negligente

eventibus, potest praesent, vel via denunciationis
vel inquisitionis procedere usq. ad poenam.
Restat agere de his duobus vijs, ut illis, quae
ad primu p. am iudicij spectare possunt, finem
imponamus.

De Denunciatione.

Quatuor sunt explicanda, Primum, quid sit
denuntiatio, et quotuplex, 2^m qui debeant
denunciare, 3^m quomodo sit denunciandum,
et 4^m quod gerat officium denunciator;
estis scilicet ad actori.

Decimum Dubium.

Queritur primo, quid sit denuntiatio,
et quotuplex; et in quibus ab
accusatione differat?
Circa hanc denuntiationis materiam aduertendum
est eam esse denotissimi confessionis tene-
bris obductam, propter Doctorem differentiam
hoc denuntiationis termino diversimode utentium.
Canonista enim, Denuntiationem, in Iudicialem,
Evangelicam, Canonicam, atq. Regularem divi-
dunt: Iudicialem vero in Iudicialem publicam
et privatam distinguunt: et Denuntiationem
publicam vocant, quando in iudicio deducitur
crimen ad publicam vindictam ministerio
abunq.

ab iudice officiali, vel privati alterius. privatam
 vero iudicalem vocant, quae fit ad privatam
 interesse et commodum. Euangelicam autem
 denuntiationem nuncupant illam, quae fit Prae-
 lato ordine Euan-gel-y. Matth. 18. Luc. 16. post
 correctionem et anathem factam, postea vero
 coram aliquo teste, quod si non sufficit, denun-
 tiandus est reus ecclesiae. Canonica correctio
 vocatur, quae à Sacris Canonibus fuit introducta;
 et hanc vocamus, quae apud aliquem Iudicem
 vel Praelatum denuntiat, post generalem
 vel peculiarem inquisitionem. Illa vero Regu-
 laris dicitur, quae Legibus, et statutis in Re-
 gionibus sanctis confirmis est. Attamen
 aduertendum est, non ideo Regularem dici,
 quod ad ordinandam alteram denuntiatio-
 nem contra in iure communi sancitum, fa-
 cultatem habuerint delinquentes, ex quo multi
 possunt errores resistere aduersus fraternam
 correctionem, quae à iure diuino, et natu-
 rali promouant. Sed quemadmodum Ca-
 nonica dicitur denuntiatio, quia maxime
 sit confirmis illi, quod est in iure Canonico
 stabilitum; ita vocatur Regularis, quia ius-
 tis Regularium Legibus est consentanea; qui
 si Leges iniustas vel creassent, vel permisissent
 non ideo denuntiatio iudicaretur. Et hadenus
 quantum attinet ad sanonistarum diuisionem.

Theologi vero non nisi Evangelicam stricto modo
 de denunciationem vocant: de iudiciali vero
 et canonica non nisi sub accusationis no-
 mine tractant, ut patet ex. D. Tho. 2. 2.
 q. 68. et Solo. 2. memb. q. 1. con. 1. quod mul-
 tos in errorem inducit, qui denunciationi mul-
 ta ascribunt, quae solummodo accusationi
 quadrant; et. D. Thom. peccatorem tenentem af-
 firmant denunciationem auctorem esse, et testem
 esse non posse; et quod probaturus est: et alias
 bono regimini perniciosas doctrinas inserunt;
 elumbriatores terrent; et peccatum filiorum
 Hebi committunt, qui detrahebant homines a
 sacrificio Dei. Ceterum ut hoc ad maiorem
 claritatem reducat, asserimus, quod duplicem
 esse denunciationem, alteram Evangelicam; alteram
 iudicalem, ad quam reducat canonica et Re-
 gularis, et de his duabus erit sermo.

Denunciatio ergo, quae nihil aliud est, quam
 manifestatio criminis Superiori facta, distingui-
 tur in Evangelicam, et iudicalem. Prima fit
 Praelato, ut patri, per viam correctionis fraternae;
 et ordinatur ad bonum privatum illius, qui
 deliquit. Secunda vero fit Praelato tanquam
 iudici in foro exteriori, et communiter ordi-
 natur ut futurum, quod eminet malum

impediatur. Differtur ergo Denuntiatio Quae-
 gelica, seu fraterna a Judiciali; quia illa bono
 Spirituali proximi habet consulere; et a pona
 infligenda abstinere; Judicialis autem, quae
 ad bonum publicum, aut ad proprium scopum
 respicit; ~~ad~~ ad punitionem procedit: quo fiti
 ut primo differunt fine; quia Quaegetica ad
 status emendationem spectat; Judicialis vero
 ad ipsius temperatam vindictam. 2^o ex impel-
 lente, nam Quaegetica oritur ex sola charita-
 te; Judicialis vero etiam ex Rebo iustitia. 3^o
 quia Quaegetica, fratre emendato cesat; non
 sic iudicialis, ut infra explicabitur. nec
 omnes ad illam tenentur, sicut tenentur
 ad Quaegeticam, iuxta illud. Unicumq; ma-
ndavit Deus de proximo suo. Haec et alia
 clarius infra constabunt, quando de frater-
 na correctione erit sermo.

Ex his etiam patet in quibus denuntiatio ab
 accusatione differat; Ex fine enim accusa-
 tionis scopus est iustitia; denuntiationis vero
 etiam misericordia, et charitas. quia in accu-
 satione petitur puniatio secundum vigorem;
 in denuntiatione autem; ^{ut} ~~quod~~ praesul faciat
 quod indicaverit conueniens, vel ad salu-
 tem proximi denuntiat, vel in reparatione dam-
 ni denuntians, vel alicuius tertij; vel in vitiatione

damni communis. Ex quo sequitur denuntia-
torem non sui actorem, quia non habet ratio-
nem, ut compellat iudicem ad puniendum
reum, et ex consequenti liberatur ab obliga-
tione probandi, et a pena accusatoris inpro-
batione deficientis. Unde in iure multi prohibentur accusare, ut Servus, qui tamen pos-
sunt denuntiare, qua omnia Dubio. 18. expli-
cabunt³

Undecimum Dubium.

An Religiosi omnes tenean-
tur ad denuntiandum?

Respondetur duplici assertione, primum tando, quod
aliud est loqui de denuntiatione facta Praesuli
ut privatae personae, aliud de denuntiatione iu-
diciali facta eidem, ut personae publicae: Et hinc
aut denuntietur peccatum perpetratum, quod
continuationem non recipit, aut denuntietur pec-
catum perpetrandum, vel perpetratum, quod aug-
mentum, continuationem, et multiplicationem recipit
ut prima assertio. Si loquimur de denuntia-
tione penitentiali facta praesuli ut patri iuxta
ordinem correptionis fraternae; omnes tenentur
ad ipsam correptionem fraternam. Patet, quia est
pars eius, nec veritas haec alia indiget probatione
In praemissis agendum est de fraternae correptione 2^a assertio

2^a assertio. Si loquimur de denuntiatione Judiciali quantum ad peccatum perpetratum, quod continuationem non recipit. Solum si tenetur denuntiare, cui hoc competit ex officio. Patet, quia ex actu iustitia procedit, ut qui peccavit puniatur, non propter se, cum iam non sit peccator, sed propter alios, et hoc attinet ad Superiores, ut constat ex cap. praecipue 12. q. 2. et ex cap. dico ista 28. q. 4.

3^a assertio. Si loquamur de peccato perpetrando vel perpetrato, quod augmentum, continuationem, vel multiplicationem recipit; quilibet tenetur praedictam denuntiationem facere. Patet ex cap. hoc videtur 22. q. 5. et ratione probatur. Nam haec denuntiatio est actus Charitatis ad quem omnes tenentur. Haec conclusio est contra Angelum in sua Summa limitantem hanc denuntiationem ad Praelatos, quem merito reprehendit Sylvest. verb. denuntiationis, quia nullus Praelatus ut sic, debeat denuntiare, cum careat Superiore. Vide insuper Summam Godofredi tit. de accusationibus inquit. denunti. n. 30. quod debent obsequare multi Delictis, quibus ignorantia potest succedere, ~~sed~~ se mansuetos, et pacificos exhibere fore, si de suorum fratrum criminibus ad Praelatum non deferant, quando secundum praedictas regulas tenentur, et illis criminibus praesentissimum remedium exhibeatur, quos quidem non pacificos, aut

manuetos, immo solius omni prudentia, et ratione
 destitutos acutum maxime; quippe qui abscum crimi-
 num sarcina grauescentes, ea propria efficiendo
 se metipsos ~~condemnant~~; dicente. B. Aug. qui ve-
 ritatem occultat, et qui mendacium prodit, uterq;
 reus est, ille, quia prodesse non vult iste, qui a no-
 cere desiderat. Et notandum est, quod nunc
 quaerimus, utrum generalim teneantur, nec quales
 ore vertimus, an privatim teneantur; vel tacere eis
 liceat etiam requisitis; nam quatio hac meliori
 oblata occasione discutietur; cum minuzum de in-
 quitione agemus. Videamus nunc quomodo
 se debet habere denunciator; et an gerat per-
 sonam actoris, an felis. β

Duodecimum Dubium

Utrum denunciationem debeat prae-
 dere secreta monitio, testiuq; indultio?
 Quatio haec unum quaerit, et multa supponit; illa
 inquam omnia, qua ad materiam correctionis
 fraternae spectant; et non sunt praesentis dis-
 putationis; sed nihilominus oportet supponere
 quod praecipuum correctionis fraternae obligat
 tanquam affirmativum legis naturalis, divinae,
 et ecclesiasticae; inmititur enim illa naturali
 principio, cuius meminit dominus Matth. 7. Quae
 cumq; vultis ut faciant vobis homines, et vos
 facite

¶ In die D. Aug. serm. 16. de plis dñi sic ait admonet nos dñs noster nō negligere iniucē peccata
mā, nō querendo quid reprehendas sē videndo qd corrigas. et D. Bernardus de interiori doctō
cap. 43. rediculus est qui peccata ceterorum nō ignorat, sed peccata sua nō vult

pulcrē aut hōiū quisq; sua
peccata ignorat quādiū ali
ena explorat

obtusis, suos solum mores, et vitam debet intueri
et observare. Ita docet optime. D. Thom. 2. 2.
q. 33. ar. 2. ad 4. ¶

3. Si fratē priuatus aliquis Christianus, cui diuina
cura non ~~est~~ ^{est} commissa, aliquod alienum peccatum
aliquomodo scit, ~~et de eo certus~~ ^{et de eo certus}
penitus non est: non tenetur proximum corripi
gere; immo potius cauere debet, ne sit teme
rarius, vel praeps, et ascribat ~~se~~, et imputet
~~se~~ aliquid peccati; quod fatasse peccati non est.

4. Si peccatum proximi certa scientiā scitur ab
aliquo, qui rationabiliter timens ne sibi aliquid
mali spiritualis, aut temporalis contingat ~~ideum~~
corrigere recusat; ad id non tenetur. Fate
mur tamen adeo periculosam posse esse neces
sitatē illius, qui peccati vinculis detinetur,
ut nihilominus eum corrigi sit necesse, quam
quam id non sine corrigentis dispendio prestari
queat. ut bene notat Nauar. in Man. c. 24
n. 18. Et fatemur insuper, quod qui vo
luerit corrigere fratrem, cum magno periculo
etiam mortis, si ex tali correptione fructus emen
tationis speratur, optimum erit consilium, exi
miaeque perfectionis opus. Et tandem fatemur
tertio, quod maior est fratrum obligatio
quibus specialiter dicit Joānes in sua 1^a Epistola
c. 3. ^{In hoc cognouimus} habere Charitatem Dei, quoniam in mem
bram ^{Dilectionis nobis}
suam possunt immunitate; et nos debem

pro

pro fratribus animas ponere, et dominus ait, Do-
 nus pro anima sua dat pro omnibus suis. Joan. 10.

Hoc communiter doctores amplectuntur, licet in
 reddenda ratione istius differentia inter prelatum
 et subditum non omnes conueniant. Alij enim
 sequuntur Caiet. affirmantem hoc provenire
 ex iustitia, qua fundator in promissione expli-
 cita, ut contingit Episcopis, et implicita, ut alijs.
 Secundum quam tenetur providere suis omnibus
 de remedio necessario ad salutem. Alijs vero
 magis aridet ratio Soti docentis hanc obliga-
 tionem oriri ex maiori misericordia, quam
 pater tenetur habere circa filios, et subditos
 quam frater, aut subditus, et licet utraq. sen-
 tentia sit probabilis, primam securiorem esse existimo.

¶ Si, qui correcturus est, periculum aliquod non
 metuit observare debet, utrum crimen illud
 alicui tertio in spirituali, aut temporali, sit
 preiudiciale; quod si ita est sub pena mor-
 talis reatus tenetur ordinem, et sollicitudinem
 impendere, ne tale preiudicium inferatur.
 Sumus videlicet precibus ab illo contendendo
 qui crimen est commissurus, ne tali se velut sce-
 lere maculare, quibus si noluerit precibus
 a peccato abstinere, de hoc debet admonere
 illum cui incumbit, servato, vel non servato
 ordine correctionis fraternae, ut infra dicemus.

¶ Si peccatum proximi non nisi ei solummodo

praeiudiciale est, et coniecturis asequor illum
 in meliorem se fugam recepturum, vel quod
 suapte natura bona videam indole praeditum,
 vel ab alijs sciam corrigendum, qui eadem, vel
 potius maiori autoritate, et gratia apud eum
 valent; ad eius nequaquam correctionem teneo.
 Ut bene docet Syluest. Verbo correctis et alijs.

7. Si tamen non respiciat, nec eum alij corrigant
 et tamen probabiliter scio eum, vel amicitia,
 qua inter nos est, vel mea autoritate commo-
 de se a peccato reuocaturum, sub peccato mortali
 eum corrigere teneo, opportuno loco, tempore,
 et occasione oblatis, et a periculo erigere, in
 quo segriter praestando non sine mortali labe
 euaderem, secundum doctrinam. D. Aug. lib.
 de Verbis dñi, Super illud, si peccauerit frater
 tuus, et est ^{communis} ~~communis~~ Theologorum sententia.

8. Eadem censetur obligatio corrigendi proximum
 qui est in periculo incidendi in mortale pecca-
 tum, scilicet indoctum cum Haereticis aliquo
 modo communicantem, vel inuicem cum mu-
 lteribus suspectis confabulantem. ~~prout~~ Je-
 nemur ergo fraternaliter corrigere, praeteri-
 ta peccata non emendata, et futura quan-
 do scio est in periculo incidendi in ea, quod
 diuinus ne aliquem decipiat gloria ad. dicti
 cap. si peccauerit, afferens, quod omnes fideles
 teneo

tenentur corrigere fratres de peccatis futuris, So-
 lus autem Prelatus debet corrigere peccata
 praeterita, quia hoc inquit esset intolerabile, Sed
 hoc est falsum, quia quando inquit dominus,
 Si peccaverit in te frater tuus, loquitur de pec-
 catis praeteritis, non tamen dicit, si peccaverit
 subditus tuus. Esset tamen gloria vera si
 loqueretur de peccatis emendatis in foro in-
 feriori deductis vero ad exterius, de his
 enim solus prelatus aut iudex potest agere.

¶ Si ille, quem corripo attentas aures mihi
 non patefacit; meliorem quam sciam ordinem
 adhibere teneor, ut a peccato liberetur; ut
 est aliquem eius amicum commonefacere, ut
 eum increpet, et reprehendat; et denique prela-
 tum certiores reddere, qui tanquam pater
 de filij salute curat. Hoc patet ex ordine a
 Christo domino in Evangelio praefixo. Si pecca-
 verit etc. Matth. 18. Sed nota, quod licet
 testimonium hoc per se, et primario intelliga-
 tur de peccatis in iniuriam proximi commissis
 iuxta expositionem, Hier. Chrysost., et Hilarij
 et aliorum, quos refert, et sequitur frater
 Bernardinus de Anualo in suo aureo trac-
 tatu de correptione fraterna, et patet ex ipso
 Evangelio contextu. Nam postquam dominus
 haec verba protulit, statim querit Petrus.
Quoties peccabit in me frater meus, et dimittat ei?

Ubi dicitur Septies. Ergo proprie et primario a-
 gitur de remissione iniuriae. Ceterum ex op-
 tima consequentia testimonium hoc extenden-
 dum est ad ^{alia} peccata mortalia iuxta sen-
 tentiam. D. Aug. in Serm. de Verb. Dm in monte.
 Et probatur, quia ratio legis est anima legis;
 ergo, quando eius ratio reperitur instat etiam
 eius obligatio; Sed in ^{salis} peccatis mor-
 talibus inuenitur ratio correctionis fraternae, qua
 lis est, fratrem perditum lucrari; ergo Lex
 debet extendi ex ipsa sua finali ratione
 ad ^{dicta} peccata, quae fratrem perdunt, quae
~~fratrem perditum~~. Et confirmatur, quia
 si homo laesit iniuria tenetur misereri
 fratris sui, et corrigere, etiam remittendo
 propriam iniuriam; Ergo a fortiori, qui nulla
 est laesus iniuria tenebitur misericorditer
 se gerere cum fratre peccante, et minime
 gero illum lucrari. Et tandem Lex illa
 fundatur in Charitate, et proximi dilectione:
 Ergo tenemur in hoc diligere, iuxta illud
Omni cuius mandatum est de proximo suo. Ex
 quo etiam patet contra Origenem huius, legem
 hanc non extendi ad peccata venialia; Nec
 etiam placet sententia Soti dicentis in sua
 relect. de correct. frat. quod saltem erit
 peccatum veniale non corrigere fratrem de veni-
 aliis

I. vide de D. Corros. h. m. 70
 ad Papulu Anthoq. D. dicit
 sed si contra me peccatum est
 quia mens audivit ita reu-
 pit auersari, in se ipsum et
 in Deu peccatum qualiter
 Ser. lere de Geo vos iudicate.

alibus, quia esset durum iugum, et lege nec di-
 recte, nec indirecte ^{possum} ~~possum~~ interpretari de pec-
 catis venialibus, quia haec non perdunt patrem.
 Nec ultima illa verba, si ecclesiam non audi-
erit sit huiusmodi tanquam ethnicus, et publicus
anus. Verificari possunt de venialiter delinquentibus.

10. Si sum certus, quod verbis, et admonitione pecca-
 to fratris possum remedio esse, de eo nequeo
 ad prelatum denunciare. Verumtamen si
 intelligo, quod prelatus hanc correctionem
 agere praestantur, quia prudentior est, et benign-
 us, nulloque interposito odio, aut contraria
 aliqua passione, in primis prelatum possum
 tanquam patrem commonefacere, qui ut talis
 eum corrigat. Dixi possum, quia non placet
 sententia Picardi affirmantis in 4. dist. 19.
 ar. 4. quod tenor: et multo minus in quan-
 tum asserit, quod si peccator admonitus se-
 creto iam est emendatus: possum denunciare
 prelato, quia non obesse, sed prodesse potest:
 quod falsum reputo, quia bona fratris opinio
 apud prelatum laederetur sine causa, quod
 est inconueniens. De hac re vide Soto. in re-
 lect. de ratione teg. et deteg. secret. membr. 2.
 q. 4. His suppositis absoluetur quaestio ali-
 quibus conclusionibus.

Prima assertio, In peccatis notorijs non debet

necessario denuntiationem precedere secreta ad
 monitio. Hoc probat. D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7
 quia in peccatis publicis non solum est adhiben-
 dum remedium, ei, qui peccauerit, ut resipiscat,
 sed etiam illis in quorum notitiam crimina de-
 uenerunt, ut non scandalizentur. Sed ad hoc
 est necessarium ut peccata publica arguantur
 ad Timoth. 5. Ergo potest fieri denuntiationis absq[ue]
 secreta correctione. Sed ex dictis aduertit, quid
 sit notorium; non enim loquitur de famulo,
 aut probabili, sed de notorietate facti, ita ut
 nulla possit tergiversatione celari. Hoc probat
 Palud. in 4. dist. 19. q. 4. Ricard. ibidem
 art. 13. q. 1. Adrianus in 4. in materia de correct.
 frat. Totu in relect. de ratione seg. et deteg. secr.
 memb. 2. q. 4. con. 1. Et Doctores canonici su-
 per caput nouit de iudicijs. et super caput
 si peccauerit. 2. q. 1. Et ibidem Turrecem.
 q. 11. con. 6. et probatur ex cap. 1. extra de
 sent. et remis. ubi dicitur. Manifesta peccata
 non sunt occulta correctione punienda.

2^a assertio. Peccatum, quod vergit in perniciem
 publicam, ut haereticus, magna traditio est.
 Etiam si sit occultum statim est iudici denun-
 tiandum ante secretam admonitionem. Hoc
 patet, quia commune bonum est preferendum
 particulari. Ergo magnum, et commune rei
 pub. periculum est ^{pro} vitandus, et posse vitandum

quo cumq; particulari commode postposito. Et
 confirmatur, quia finis correctionis est miseri-
 cordia, ^{At} quae misericordia est (ut bene inquit
 D. Hieron) Vni parcere, et multos in discrimen
inducere? Veritas haec etiam est communis
 et eam defendunt supra citati Doctores gemi-
 na Limitatione. Prima est, nisi pro certissimo
 habeatur, quod peccans emendabitur. Secunda
 admonitione, et quod cessabit commune peri-
 culum, tunc enim non possumus negare, quin
 praecipuum Matth. 18. si peccauerit ecc. gene-
 rale est, et quod etiam haereticum comprehendat.
 Sic tenet. D. Thom. quem sequuntur commu-
 niter Theologi in 4. d. 19. Soto de ratione,
 legend. memb. 7. q. 9. post secundam conclusio-
 nem et lib. 5. de iust. et iur. q. 5. ar. 1. Et Catho-
 de iusta haeret. pun. lib. 2. c. 28. Et Canonis
 tra in eap. novit de iudicij.

Sed dices. Lex praecipit, ut haereticum etiam
 occultum statim denunciemus ante omnem
 secretam monitionem. Ergo contra praedictam
 doctrinam est lata, nec debet observari. Respo-
 deo, quod Lex iustissima est, et ad unguem
 observanda; Leges enim debent dari de rebus
 quae regulariter contingunt, et haereticis pesti-
 lentissimum venenum est, quod citi et facile
 maximam quoq; potest inficere multitudinem
 et regulariter, vel maxime loquendo de homine

nam ad ea ff
 de legibus. v. 6. In legi-
 bus nam ea potius debet aptari
 ius quae ut frequenter et
 facile quae ad ea quae raro
 eveniunt inde bene scopias
 huius inquit in. l. non consi. du-
 oportet in his quae frequenter
 accidunt.

hæretico, maxime dogmatizante, non possemus ha-
 bere illam spem, et certitudinem, quam dixi-
 mus esse necessariam ad hoc, ut non statim
 illum denuncemus. Et præterea communis
 illorum caliditas est, se correctos fingere, ut
 alij nocere possint; ideo habendi sunt tanquam
 æterni, et publici, si qui dem ecclesiam non
 audierunt, et statim denunciandi. Quando
 autem ^{luc. claris} constat, quod non ex malitia, sed ex
 ignorantia, etiam culpabiliter aliquis ab lapsus est
 in aliquam errorem, et evidentiissime constat
 esse emmendatum, et nullum aliud remanere
 periculum, tunc est docendus, et corrigendus.

2^a limitatio est, dum modo prædictum crimen non
 sit occultum per sacramentalem confessionem, nam
 quod in confessione dicitur, nullo modo, nec ulla
 ratione, nec propter aliquam finem est dete-
 gendum. Et cavendus est Loco lib. 5. de iur.
 et iur. q. 7. a. 1. ubi asserit, quod tunc tenebitur
 sacerdos crimen celare sub sigillo confessionis
 quando penitens integram ^{non} fecerit confessionem
 suorum peccatorum; Idem docet in relect. de deteg. ration
 seg. et deteg. secor. m. b. 2. q. 7. post. 4. concl.
 Sed hæc opinio, ut bene inquit Magr Aragon
 ad. 2. 2. q. 33. art. 7. reijcienda est. Nam si quis
 confiteatur aliquod peccatum sine dolore sufficiente
 et sine intentione emmendandi se in futurum,
 cum animo tamen accipiendi salutarem contritionem:

Procul

proculdubio teneatur confessio peccatum illud sub
 confessionis si Centio cesare, ut communiter tenent
 Doctores in 4. d. 22. et ostendit contra quos
 dam Canonistas Simancas in Cathol. inst. c. 42
 n. 13. alioquin deferrentur homines à confes-
 sione, et potendo contitio: Unde bene ille concludit
 quod si aliquis confiteretur se esse hereticum
 nec velle se ab heresi abstinere, nullo modo li-
 cebit sacerdoti illud detegere. fatemur autem
 quod si quis existimans se magis obligare sa-
 cerdotem ad secretum occultandum confiteretur extra confessionem diceret
 se tale committere crimen, illudq; manifestare
 sub sigillo confessionis non est confessionis
 secretum, nec tenetur sacerdos sub tali sigillo
 cesare, ut bene notat Cuet. 22. q. 70. ar. 1.
 et Nauar. in Manu c. 18. n. 55. post Inocen.
 et Panam. in c. omnis viriueq; sexus. §

Tertiumdecimum Dubium.

Utrum quando praelatus procedit ad
 punitionem iudicalem possit denun-
 cians officio testi fungi?

Partem negativam tenetur Magister Aragon
 2. 2. q. 33. ar. 3. Sed contraria sententia est
 communis tam Theologis, quam Canonistis, nam
 eam tenet Soto de ratione tegend. membr. 2. q. 2.
 et de just. et iur. lib. 1. q. 6. art. 2. concl. 4.

Et Magister Banes. 22. q. 33. art. 3. dub. 3.
 vers. pro explicatione huius difficultatis Et Quan-
 do in q. dicitur 18. et 19. fol. 779 et Cenedo
 de correptione fratris pag. 463. eandem sententi-
 am amplectuntur Canonice ut Simancas de
 Cath. instit. Verb. testis n. 55. et Nauarr. in
 rubrica de Iudicijs n. 91. in fin. tom. 2. et Tho-
 mas Trivisianus lib. 2. de responsione de iud. 29. et
 de modo criminaliter procedendi inter regu-
 lares. cap. 7. ubi inter illa, quae proponit, qui-
 bus, differunt denuntiatio, et accusatio unum est,
 quod denuntiator, cuius finis est, ut mores corri-
 gantur potest examinari tanquam testis, accu-
 sator nequaquam. cap. in omni negotio, de testib.
 Vbi Butri. Anani. Joan. And. Felinus. Aretius,
 et ceteri Doctores. Idem docet Joannes Trullo
 in suo auseo tractatu, quem vocat. Ordo Cano-
 nicorum Regularium lib. 4. cap. 12. n. 10. de
 quorum mente absoluetur questio.

Sit unica assertio. Denuntiator vere gerit per-
 sonam testis. Patet ex illo Matth. 18. ubi domi-
 nus ait. Si te non audierit adhibe tecum unum,
aut duos testes, ut in ore duorum, vel trium stet
omne verum. quid clarius? non ne in ore
 duorum refertur ad illud, adhibe tecum unum;
 sicut illud, vel trium refertur ad illud, vel duos?
 Ergo ex ore Christi connumeratur denuntians
 inter testes.

Huic argumento nihil aliud respondet Magr
 Aragon

Aragon, quam, quod hec interpretatio tantum
est a Magistro Soto conficta; quod minime di-
xisset, si legisset. c. in omni negotio de testibus
ubi nostra veritas est diffinita, et predicta ex-
positio confirmata auctoritate Paschalis Papae.

Immo et si sui mema existeret; Saepe enim
in predicta q. 33. defendit hanc expositionem
esse potiore contra illos, qui predictum testi-
monium Matth. non de correptione fraterna, sed
de remissione propria iniuria interpretantur.

2. probatur adiectio. Processus fraternalis, et ju-
dicialis sunt diversi. Ergo qui fuit denunciatus
fraternaliter, non est a iudiciali testimonio re-
pellendus. Consequentiam negat predictus Ma-
gister Aragon, quia qui fuit in priori iudicio
denunciatus, merito in secundo est suspectus.

Sed sua evagationis rationem penitus ignorat,
contrarium enim dicitur inferitur. Si enim in pri-
ori iudicio non fuit suspectus, nec in posteriori;

si specialis suspicionis ratio non adhibeatur,
de qua loquuntur Doctores, quando dicunt, quod
aliquando denunciator in omnibus aequiparatur

accusatori, quia in priori iudicio non fuerit suspectus, patet, quia solum proximis
et tandem 3. probatur nostra Veritas, quia iudicium
est actio solum personarum, actoris, scilicet iudi-
cis, et rei; sed denunciator non gerit personam
iudicis, ut patet, nec accusatoris, quia non ha-
bet actionem, ut compellat iudicem ad punien-
dum reum, nec ut accusator tenetur probare

salute quae vivit iuxta
ordini a Christo dno pre-
fixum.

neq ab his iudicia, sed Charitatis exercet, ergo
a Sufficienti distinctione constat, ^{illum} ~~g~~ gorem
personam testis.

Et si dicas denuntiatorem esse personam accu-
satoris, quia delegatur per eum relictum ju-
dici, et tenetur facere expensas testibus si
aut accusator, ut notat Bart. in l. quoniam
C. de testibus, n. 6. per tex. in l. ab accusatione
S. denuntiatore ff. ad Senat. Consul. Turpil. Et
go nequit ubi officio testis, quia accusator et
testis uno contextu quis esse non potest ut
probat Boer de off. test. n. 7. et Thom. Gram-
mat. inter cius. cons. cons. 48. n. 2.

Sed Respondetur, quod re vera denuntiatorem
intestem admittitur, prout definitum est in dict.

Ynquit enim ibi Pas cap. omni negotio ubi Dobbnes ety. Et ut bene
Salis Papa in omni docet praedictus Thomas Trinis. ubi S. mag
negotio principalis per na est differentia inter accusatorem, et de
sona dicens veritatem quum tiatorem; quia denuntiatio nihil aliud
de re sibi notam recte est, quam revelatio quaedam delictorum judi-
sime Sabenda est pro ii facta propter emendam: accusatio vero est
teste: cui adhibito vno. ius ulciscendi iniurias, vel delicta homini
efficiuntur duo testes. ius panali iudicio, ut probat ^{liber id.} Decan. in tractatu
adhibitis duobus efficiuntur ~~unus~~ criminali. lib. 3. c. 1. volum. 1. Veritatis, quid
nec.
sit accusare. 2. Charitativa monitio debet
procedere denuntiationem. cap. Licet Helij
de Symonia. 3. denuntiatio fieri potest per
litteras; Accusatio vero nequaquam ut

Docet Abbas

Docet Abbas in cap. licet ⁱⁿ besto. de accusat. et
 in cap. dilectus eod. tit. n. 2. 4. Denuntiatio
 hinc correctionem inducit, accusatio vero de
 positionem ut innuit idem Abbas in cap. Super
 his. de accusat. n. 2. et Hostiens. in c. 4.
 de off. iust. n. 17. Antonius de Butrio. in c.
 2. qui in crim. accus. post. n. 5. Quod Accu
 sator potest appellare, Denuntiator vero mini
 me. Blosy. in tit. de Denuntiat. n. 14. finis
 enim denuntiationis est tantum emenda, et
 non vindicta. Quotiescumq; ergo denuntiator
 habet hac requisita, et de correctione mou
 agitur non tenetur probare, neq; ad hoc iurisdictione
 sed Charitatis exercet, ut dictum est, et sic
 bene admittitur in testem. ⁱⁿ

De Inquisitione

Quatuor sunt explicanda, primus, quid sit in
 quisiō, et quod duplex. 2. qualem habeat ef
 fectum. 3. quando debeat fieri. Ultimum
 quando utendum sit hac inquisitionis via?

Quartumdecimum Dubium.

Queritur primo, quid sit inquisi
 tiō, et quod duplex?
 Respondeo, quod inquisitiō, quae ab inquirendo

† ad effectū corrigēdi et puni-
endi ratione publicae utri-
usque

dicatur nihil aliud est, quam investigatio ali-
cuius personae incognitae, Et multipliciter diuidi-
tur à Syluestro verbo inquisitio, quibus omnis
Sis, inquisitio est duplex, altera generalis,
altera specialis, Generalis est illa, quae fit
à Principe de Statute totius provinciae, vel
civitatis, vel Monasterij. Particularis vero est
quae ab eodem fit contra aliquam personam
infamatum de aliquo crimine. Et nota quod
inquisitio est de genere prohibitorum, quia
regulariter est à iure prohibita, nisi in ca-
sibus à iure expressis. ut docet Bald. in
cont. 142. col. 2. in. s. volum. Est enim con-
tra regulas iuris praecipientis, quia nemo si-
ne accusatore damnatur. Sed haec, et alia
intelligenda sunt de speciali inquisitione
contra certam personam, quia illa est regu-
lariter prohibita, sed de inquisi-
tione generali, quae fit ad crimina inue-
nienda, non contra certam personam; haec
enim est de iure permitta, immo et sub pra-
cepto posita, quod praeferunt de visita-
tione subditorum, cuius meminit cap. cum
venerabilis de centibus, et cap. Romana
§. sane eod. tit. in. 6. et cap. placuit. 10. q. 1.

Julius Clarus Pract.
Crim. q. 5. n. 2. Fran-
cisus Marcus de
ciss. 903. et tota
Pute dixit glo. in l. 2.
§. si publica vi sine
accusatore ubi dicitur
§. de adulter.

Et cap

Et cap. conquirentes de off. iudi. ordin. et cum
 mandamus de iust. Archid. de heret. Immo
 et quilibet praeses, vel alius notarius officij
 qui venit ad gubernationem aliquius pro-
 uinciae, vel civitatis, solet, ac potest gene-
 riter inquirere de omnibus delictis ibi su-
 tratis, ut pinget provinciam in archiepiscopi-
 bus, ut in l. congruit ff. de off. praesidij.

Item stat ex d. l. congruit
 et ex cap. 1. de officio ordinarij
 et docet Nauarrus in cap. intro-
 duc. p. 6. n. 7. 8. Col. 61.

Ex quo sequitur, quod ad inquisitionem
 generalem non requiritur infamia, neq. ac-
 cusator, neq. denunciator ut docet Soto ubi s.
 2. memb. q. 2. 6. Vide Specul. tit. de inqui-
 sitione d. 2. et Panorm. in. c. 1. de off. ord.
 Franc. de Aret. in. c. qualiter, et quando el
 2. de accus. col. 4. p.

Quintum decimum Dubium.

An talis generalis inquisitio
 Specialem aliquam habeat effectum?

Et respondetur affirmatiue, quod effectus
 specialis istius generalis inquisitionis est ut
 per eam possit Superior deuenire ad Specialem
 Unde neq. in ea dantur capitula, quia non est
 cui dentur ut docet Abbas in cap. qualiter et
 quando el 2. de accus. notab. 13. ~~Modo dicitur~~

Quapropter bene inquit

inquit Felix in cap. inquisitionis. de accus.
 quod ista generalis inquisitione fieri ad inue-
 stigandam, non ad puniendum, unde nec cita-
 tur persona ad faciendas defensiones, quia
 cum sit preparatoria solum operatur, ut de-
 veniri possit ad specialem; et tunc debent
 testes repeti parte accita, et illa omnia or-
 dinari, quae necessaria sunt ad perfectum
 iudicium contra aliquem in particulari. quod
 intellige de speciali delicto; quia si Superior
 visitat aliquam Prouinciam, vel Alouasteri-
 um, et specialiter inquirat de persona pro-
 lati inferioris, vel alicuius officialis, an scilicet
 sua administrauerint officia, vel ali-
 quos commiserint defectus circa obseruan-
 tiam istius, vel illius mandati; totum hoc ad
 generalem inquisitionem spectat, et potest
 fieri ^{licet non} ~~quam~~ precedat fama. Et modo in-
 quirendi de omnibus criminibus, etiam de
 illis, de quibus alias de iure inquiri non potest.
 quia primo precedit inquisitio generalis,
 et reperiis per eam indiis contra aliquam;
 potest contra eum deueniri ad specialem, alias
 frustra fieret inquisitio generalis, si per eam
 non deueniretur ad specialem, ut bene no-
 tant Bart. et Bald. in d. l. congrua de
 off. pras. et Felix in cap. inquisitionis de accus.

Sextumdecimum Dubium

An talis generalis inquisitio debeat fieri toties, quoties superiori placuerit, an certo, et determinato tempore?

Circa hanc questionem notandum est primum, quod regulariter inquisitio hac generalis, qua pervenitur ad Specialem fit a superioribus ecclesiarum in suis Visitacionibus.

2. nota, quod Doctores, qui de Visitacione agunt communiter respondent nostrae questioni, quod Visitacionem tenentur prelati facere quolibet anno, si rigorose standum est iuri; Sed ex consuetudine possunt aliter se habere, sicut necessitas postulaverit. Ceterum non ita proprie loquuntur, nec indigemus contrariae legis auxilio, quia .c. decrevimus, et .c. Episcopus .to. q. i. dicunt, Visitacionem posse fieri semel in anno; et alibi dicitur, quod potest fieri Visitacio bis in anno. c. cum venerabili, de cenabue, Cap. excommunicamus & ad iurimus. de heret. Alii autem dicitur, quod potest fieri, quoties necessitas fuerit. c. regenda .to. q. i. c. non semel. 13. q. 2. refert Hugo tract. de offic. quatuor prelatorum. 2. p. de exactione Episcopali.

3. nota quod aliud est loqui de illa, quod de perines tenentur regulariter facere circa tempus

ubi ~~quomodo~~ de probationibus, et de conducentibus
ad finem iudicij agemus, tunc alia proponemus
que in presentiarum suum etiam locum
promerentur; nam titulus inquisitionis private
totum hoc ambit, et amplectitur, quod tamen
maioris claustris gratia illuc ~~supra~~ usq. differimus.
Circum materiam ergo visitationis, in qua supe-
riores hac specialiter via inquisitionis pro-
cedunt: octo sunt annumeranda.

Primo, quod omnibus ecclesie Presulibus dictum
est in persona Petri 22. Et tu aliquando
conuerteris, confirma fratres tuos. Et Dominus
iussit pastoribus ut diligenter agnoscant vul-
tum pecoris sui, suosq. greges considerent
psalm. 27. quod quidem est, mauros, pericula,
ac necessitates eorum perspectas habere; dedit
enim illos dominus speculatores ecclesie sue
Ezech. 3. cuius mystica illa animantia oculis
Undique plena idem significant; Summam enim
Vigilantiam, omnibus in rebus, omni loco, et tem-
pore necessariam esse designant. Quod docet
D. Aug. in lib. de moribus ecclesie, et in lib.
ad pastores, c. 24. efficaciter monet, dum
exultant acres, atq. diligentissimam vigila-
ntiam necessariam esse docet: sine qua gregis
salus à laqueis, insidijs, fraudibus, ac peri-
culis tuta esse minime potest. Idem Clem. Epist. 4.

Diligenter agnosce
vultum pecoris tui
tuosq. greges con-
sidera.

Id autē fit nō in uno loco cō
sistēdo, sed huc illuc circum
eūdo summi illis pastoribz
dicitur Iva. iii. posui vos et
ca. tis et fructu afferatis. Quā
in re certum est innumera
beneficia profusū.

et Euarist. epist. 2. et D. Greg. lib. i. in Eze
chu. hom. 12. et S. Prosper de vita actiua
et contempl. lib. i. cap. 12. Unde Doctores
colligunt teneri pastorem visitare suas oues
ne sanguis eorum exquiratur de manu
eius in die iudicij, cap. ad hec de off. Arch.
et cap. irrefragabili de off. iud. ad et nulla
est excusatio pastoris si lupus ovem comedat
et pastor nescit cap. quomodo de reg. iur. et
Concil. Trid. ss. 6. c. 1. et ut dicitur postea cum
Apostolo. Munda sunt manus mee a sanguine
omnium vestramm; Vixit et, et corrigat; mundus
enim non est a sanguine eorum, qui tace
do, et distimulando occidit. cap. Ephes. 43. diste. Ideo Innocentius inquit, quod
error cui non resistitur approbatur, et ve
ritas opprimitur, a quo non defenditur, si
negligis perturbare peruersos, et non faci
nihil aliud committis, quam fovere; et qui
manifeste fauori delinunt obuiare, non
caret scrupulo societatis oculta. c. error, et
cap. consuetudo 33. diste. et. c. 1. de off. deleg.
Vide plura notata digna l. 43. tit. 5. p. 1.
Dicimus autem, suas oues, propter aliquos
pastores, quarentes praesse omnibus alienis
et suarum curam negligunt; quibus profecto

ordo ecclesiasticus confunditur, si unicuique sua
iurisdictio non seruetur. c. ^{ex} praeuenit. 11. q. 1.
et cap. inter dilectos de donat. et Concl.
Irid. 11. 7. c. 2.

2.º quod subditi a visitatione non possunt libe-
rari, ut visitatio non fiat, ita ut nec possint
prescribere, etiam per tantum tempus, quod
non sit memoria in contrarium. c. cum ex
officio de prescrip. de quo Robar Immo La
et Felinus, quos refert Aniles in capitulis
Pratorum c. 6. Vers. como vsan.

3.º Visitatio nis finis est correctio, et reforma-
tio, quorum alterum ad Charitatem, alterum
ad iustitiam spectat. Cum ergo finalis causa
sit, cuius gratia caetera fiunt, ex Arist. 5.
Metaph. c. 2. debent praelati omnes in suis
visitationibus bonos mores inducere, et prae-
corrigere. Diligentis enim, et pii pastoris
officium est morbis ouium leuia primum
adhibere fomenta, et post eum morbi grauitas
postulet ad Verina, et grauiora media descen-
dere. Concl. Irid. 11. 13. c. 1. de reform. et quae
fomenta non sentiunt ferro abscindantur
ut bene notat Archid. c. hac constitutione n.
3. de off. et potest. iud. deleg. in. 6. Ad hoc
ergo tenditur inquirere prius generaliter
et deinde specialiter si res postulauerit ut
S. explicatum est.

4. ~~quod~~ Non ex quacumque causa debet Superior
 Specialiter inquirere, facilis enim est, qui fa-
 cile credit. c. in cunctis. ii. q. 3. l. sicut. c. de
 fide instrum. Et debet potius delectari opinio-
 ne bona fama circa subditos, quam eorum
 infamia, c. licet de accusat. Nam prestan-
 tius est testimonium bona fama, quam mala
 opinionis, argum. tex. in cap. cum in iuven-
 tute. de purgat. ~~Causa in causa;~~ ^{circumspicias}
 Simi, ^{licet} esse debet ~~circumspicias~~ circa famam suam; quod
 vivens Papa Nicolaus dixit, (ut habetur in
 cap. in scripturis. q. 6. dist. 1) Constantinum Im-
 peratorem dixisse vni. Si proprijs oculis videret
Sacerdotem Dei peccatorem et amydem meam ex-
poliarem, et cooperirem eum, ne ab aliquo
videretur. Quapropter inquit Pontifex. Si
de domini Sacerdotibus aliquid contigerit vos
audire, quod confutionem pijs mentibus ingerat
Debetis imitari filios pudicitos Noe, qui coo-
peruerunt Verecundiam paternam, et sic re-
ruerunt benedictione affluentem replevi. Quod
 quidem non solum de Regularium Presulibus,
 quibus etiam patris munus competit, sed de
 quacumque alio iudice docet Joan. Nervisian.
 in Silva nuptiali. lib. 3. n. 37. Et refert. c. si
 peccaverit, et. D. Aug. dicentem, quod sunt
 nonnulli prelati, qui potius percussores, quam
 pasto

pastores nominandi sunt. Et D. Bernar. ad Lu-
 gemium dicit. Grava subditos, non ferro, sed
verbo. Unde bene notat Guilielmus Bene-
 dictus in repet. c. Nernumbus. Verb. condidit
 1. n. 98. quod rex apum non habet aculeum
 quo possit pungere, sicut ceterae apes pungunt.
 Et divina lege ^{cautum} ~~cautum~~ erat, ut Summi Sacer-
 dotes primo Linierentur oleo, deinde sanguine.
 Quinto ergo congregandi sunt Visitandi, et Verbo
 Domini propotio, ut cautum est in c. Romano. de
 cenfib. lib. 6. admonendi sunt omnes, ut hu-
 manis affectibus procul reiectis, solo virtutis
 zelo inflammati, exponant, et reveleant prelas-
 to omnia, quae emendatione, et reformatione dig-
 na esse videntur, quia morbi cognitio ante
 re curationem debet, dicente Aug. in ps. 31. Si
tu erubescis vulnora tua detegere. ~~vulnerum~~
medicus non curabit; ita oportet ad Sanita-
tem animo Subditorum procurandam, ^{eorum} ~~eorum~~ Vi-
 tam, et mala nosse, et corruptellas, quibus ob-
 sita, oppressaq; est expungere. Sed in specie
 admonendi sunt, ut omnes publici, et probabi-
 les defectus, prelati detegantur; illi praesertim
 qui vitam communem, et regularem concer-
 nunt; ut pote, si sit aliqua vite deformitas,
 et laxitudo, in nota illa familia, quae vel sit
 contra Legem Dei, vel ecclesiae, vel contra Regula

Statuta, vel bonos mores; omnesq; suos cona-
tus debet Superior conferre, ad dirimendos
abusus, et defectus, qui vitæ communis inte-
gritatem, et observantiam demoliri, et fun-
ditus evertere conantur. Vide Concil. Trid.
Sess. 24. de reformat. c. 3. et Sess. 28. de reformat.
c. 22. Et nota, quod predicta generalis
inquisitio solum quarit denunciatores, et non
testes, ut bene notat Nauor. in c. inter verba
con. 6. corol. 66. n. 231. dicto. 4. et n.

236. dicto. 5. postea. n. si oportuerit ipse denunciator si g. et h. officio
ex generali inquisitione potest Superior v. si
tunc devenire ad specialem ut s. p. b. t. n. est

Ceterum nullus potest aduersus aliquem par-
ticulari facere inquisitionem, nisi procedat
Vel infamia, Vel clamorosa intinuatio, aut
indicta, aut semiplena probatio; prout diffi-
nitum est in cap. inquisitionis, et in cap. qua-
litate et quando el. 2. de accusat. Quod in-
telligit etiam si idoneis testibus posset probari.
Si tamen non procedit infamia, Vel indictum,
Vel semiplena probatio, ne quis prelatus ad
inquisitionem procedere quum gravissimè peccet.
iuxta notata in c. cum oporteat, et in c. in-
quisitionis, et in c. qualitate et quando el. 2.
de accusat. per Salicetum in l. ea quidem

n. 41. C. de accusat. quem refert et sequitur
 Angelus in tractat. de malefic. in v. hac est
 Quaedam inquisitio §. 2. praesentim n. 3. et
 ratio in promptu est, quia nullus iudex, ut
 iudex potest contra aliquem procedere, nisi ad
 petitionem partis, vel rei gerentis vicem partis.
 ut probat. S. Tho. 22. q. 63. ar. 3. ex Sen-
 tentia Arist. dicentis. §. Ethic. quod iudex,
 ut iudex, est custos iustitiae; iustitia autem
 formaliter est inter duos, quorum unus ut
 actor, alter ut reus se habere debet. Si ta-
 men praeter denuntiationem nullus alius ad-
 hibetur testis, aut indicium, nec debet su-
 perna specialiter inquirere, nec reo crimen
 imponere, ut in nostris generalibus Statutis
 c. 6. n. de correctione sancitum est: imo
 expresso diffinitur in cap. licet Heli. de Simo.
 quo loco narratur Abbatem quibusdam de
 criminibus denuntiatum a Monachis; nihil
 omnino scelerum inquisitis, quod infamia
 non praeseruat. Locum non habuit. probat Balo.
 in. l. ea quidem. C. de accusat. et Hostiens.
 in. c. qualiter et quando. l. i. de accusat.
 Poterit tamen admonere illum paternaliter in
 spiritu lenitatis: Si autem crimen fuerit
 privatum, licet possit probari; non est crimen
 iudicialiter puniendum, si non sit in publicam

*
 + luluay Clary q. 5.
 n. 2. piad. crimi.
 et Francij. Maruy
 de off. 903. per l. b. m.

perniciem; et emenda speratur à reo: poterit
 tamen praelatus fraternaliter reum corri-
 gere, vel secretò etiam flagellis cedere si
 necessitas postulaverit, non tam in penam
 precedentis peccati, quam in medelam futuri:
 Sic docet Magister Soto ubi 5. memb. 2. q. 4.
 con. 7. quia saepe in tali casu oportet non dis-
 simulare, ut notat Caiet. 22. q. 33. ar. b. et
 ibidem Baroz, et Aragon ~
 Sed dices. quid si emenda fratris non speratur
 et periculum est iam ad tertium correptionis gradum.
 Huic difficultati respondet Panam. in c. no-
 vit de iudic. quod non est cesandum à de-
 numératione, sed ultra procedendum à fratri-
 nali ad iuridicam, quamvis timeatur potius
 maior induratio fratris, quam speretur emen-
 datio, ut ceteri timeant, siquidem in
 Evangelio praecipitur. Et si ecclesiam non au-
diens habeatur tanquam ethnicus, et in c.
 est iusta 23. q. 4. dicitur, non esse indulgendum
 facile peccatori, ne facilitas veniae incentivum
 tribuat delinquendi. Sententiam hanc Li-
 mitat Soto ubi 5. duo asserens. Primum,
 quod si crimen duobus rebus idoneis pro-
 bari potest, et prudenter speratur emenda
 fratris procedendum esse via iuridica, et in
 tali articulo habet via correptionis fraternae
 et in

et inapit via iudicialij. 2^o dicitur; ~~quod~~ si nulla
 speratur emenda fratris, sed potius maiora per
 versitas timeatur, cessandum esse omnino; dum
 modo peccatum solum nocet peccatori, et no
 sit in perniciem boni communis. Et huic vi
 debet scribere sententia caret, ubi supra.
 Ceterum utrumq; falsum est; licet enim pri
 mum dictum sibi aliquam apparentiam habeat
 quia conscientia fratris videtur preferenda fama
 Ergo ~~non~~ punitur cum dispendio fame potest
 in publico iudicio delinquentem corrigere, et
 punire, ut saluus fiat. Sed correctio publica
 non est ordinata forte ad bonum particulare de
 linquentis, ut correctio fratris, sed ad com
 mune; ~~et~~ ^{quia} quod delicta publicentur ex natura
 sua noivum est communitati; est enim exemplum
 ut alij ad similia facienda inuidentur, et casti
 gatio publica, quae supervenit ab eo, qui habet
 curam communitatis, ordinatur ad remedium
 illius mali, cuius est causa publicitas delictorum.
 Ergo melius est, quod non publicetur, forte, et
 absolute loquendo, ^{crimen} quam quod publicetur puniat.
 Ergo peruersus ordo videtur, ~~quod~~ ut propter bonum
 unius hominis publicetur delictum illius. Dixi
 autem per se, et absolute loquendo, quia ex aliqua
 circumstantia contingere potest ~~quod~~ utalis publi
 citas cum punitione publica ~~est~~ sit maius bonum

¶ Nihilominus tamen
 falsum est; tum quia
 correctio est.

Semiplena probatio, ut dictum est. Restant
 explicanda singula hanc suo ordine. Infamia
Vocatur (inquit Cacet. 2.2. q. 67. ar. 3.) non
frequens vox discolorum, sed frequens vox la-
ti, ut apud probos, et prouidos viros redda-
tur persona de crimine rationabiliter suspecta.
 Hanc Cacetanus, et aliqui affirmant, duorum
 aut trium hominum testimonium, maxima
 cum iuramento rem attestantium sufficere
 ad efficiendam infamiam. Sed merito Com-
 muniter sententia hanc ut falsa rejicitur. Et
 enim infamia, sicut et fama, communis opinio
 voce manifesta, ut bene notat Bart. in l. de
 minoribus ^{plurimum an pro} Elementa ff. de quaest. et dicitur.
 (communis opinio) quia paucorum dicta nec bo-
 nam, nec malam famam efficiunt. Et dicitur
 (voce manifesta) quia interior notitia, atq; cog-
 nita, non famam appellatur, sed existimatio
 qua est quid superius ad famam; et est velu-
 ti generis ad illam, quia omnis fama est ru-
 mor, et non e contra. Nauarrus in cap. inter
 Verba col. 63. n. 214. putat inter famam,
 et clamorosa insinuationem hoc esse discrimen,
 quod fama est, quae in iudiciis sufficientibus
 testibus probatur; clamorosa vero insinuatio
 est ocrebra fama extra iudicium. Sed merito
 communiter asserunt Doctores pro eodem utraq;

nomen usurpari in iure ut Late Aragon. 2. 2.
 q^a. 69. ar. 1. et. 2. S. quoniam dictum est, et
 constat ex cap. inquisitionis S. tertio dubita
 tionis, et. c. qualiter et quando et 2. de accusat.
 ubi saepe dicitur quod clama inuuit, et diffra
 matio manifestat; nec glori^a in his locis quic
 quam inter ista distinguit, et clarius constat
 contra Nauar. famam iudicium procedere
 ex cap. cum oporteat, de accusat. ubi haec
 habentur. Discretioni tuae mandamus, quod
nisi super praedicti criminibus famam illius
lesam esse noveris, ad inquisitionem minime
procedatis; necessarium fuerit, quod ante iudi
cium infamia excuset, atq. ex consequenti, no
solum in iudicio, sed etiam extra poterit esse.
 Et si queras an haec infamia sufficiat aliquis
 do, ^{ut} ~~quod~~ sit de facto, an vero requiratur quod ut
 sit de persona? Aragon tres refert sententias
 et ipse reputat verionem esse illam, quae asserit
~~quod~~ quando crimen est manifestum, ac pu
 blicum, licitum esse iudici facere inquisitionem
 etiam occulta putone. Ceterum quannis
 haec sententia fuerit Nauar. in .c. inter ver
 ba con^o. 6. corol. 49. n. 124. et Corduba in
 Suma. q^a. 64. et Germ Alphab. 34. litera. c.
 et Angeli in Suma Verb. denunciatio S. vlt.

et Verbo. Confessio delicti, et Averalo de correptione frat. con. 9. propos. 7. et plurimum sa-
 uet consuetudine multorum iudicum, qui in
 trepide hoc faciunt; Veriorem, et tutiorem
 credo esse Sententiam Panam. Host. et Ino-
 cen. in c. bone memoria, de appel. quam
 sequitur Sot. lib. 5. de iust. et iur. q. 6. ar.
 2. et de rat. leg. et det. memb. 2. q. 6. du-
 bio 4. et Cuet. ubi S. Hi. asserunt, quod
 licet crimen sit notorium; non licet iudici
 inquisitionem facere de persona occulta. Et
 certe Sententia hęc manifeste colligitur ex,
 dicto cap. cum oporteat de accusat. et cap. in
 quisiōnis eod. tit. et ex dict. cap. qualiter, et qua-
 do. Fateor tamen oportere aliquando vti al-
 tera opinione in magnis criminibus, et scanda-
 losis valde. Et hoc solum videntur probare fun-
 damenta predictorum Doctorum ipsam ~~probant~~ defendentium que hunc
 mantinent. Et Hactenus de infamia. } si verum admittit dicitur
 Circa iudicia, docet. S. Thom. ubi S. ~~quod~~ iudicia
 necessaria ad inquisitionem Specialem debere
 esse manifesta; et non qualiacumq; id est, quae
 vehementer reum indicent, quod non faciunt
 nisi singula eorum sint manifesta, vel per duos
 testes comprobentur, quod necessarium est, ut
 notat gloss. in d. l. fin. C. familiae heredis iudice, que est contemp-
 taria et verissima in d. l. Salycet. in l. ult. q. 3. C. de questis. Hypo-
 in l. 1. d. item Cornelio de questis et aliorum quos sequitur Argidius
 Bosius tit. de iudicijs n. 18 et Bart. in l. ult. n. 7. C. de questis

~~Ut si omnes.~~ Estq; hinc adeo verum ^{ut ibi} ~~quod~~ ^{quod} ibi
 dem Bart. ^{eadem 7} assertat, quod quando dicitur
 Unum testem facere semiplenam probationem
 est intelligendum, dum modo testis explicitè
 deponat super ^{illo} crimine. Nam si deponit
 Super indicium ad maleficium: adhuc per duos
 testes velabit probandum, antequam ratio illius
 contra indicatum procedat. Non ergo sufficit
 Semiplena probatio iudicij secundum omnes, quod
 maxime advertere tenentur Superiores pre
 cipites. Et hactenus de iudicij

Circa semiplenam probationem infra aliqua di
 cemus; pro nunc sufficit animadvertere, illam
 esse, quam facit unus testis, non qualiscumq;
 sed omni exceptione Superior, ut docet glossa
 in l. etiam in art. ff. de probat. Et Bart. in

et melius in l. mari
 ty n. 7. ff. de quæstio.
 quem sequuntur Paul
 us Crillandus de quæ
 stio. Guido à Sica
 Baria Franciscus
 Brunus de iudicij
 et Blancus et A
 gidius Botius de
 iudicij a n. 10.
 imo est advertendum
 quod unus testis de facto
 delicti immediate de
 ponere, non facit pro
 bationem sed indicium
 questio n. 5 Mascardus de probat. q. 395 n. 5. 7. et 9

l. admonendi n. 37. ff. de iurjurando. Est
 autem advertendum quod solo de iur. et iur.
 n. 6. ar. 2. dicit semiplenam probationem non
 sufficere ad interrogandum tam reum, quam
 testem, nisi quando proceditur via accusationis;
 nam nec plena probatio tribuit ius ad inquiren
 dum, quando proceditur via inquisitionis.
 quod intellige de criminibus occultis, de quibus
 iam diximus, quod requirit Superior procedere
 ad inquirendum sine accusatore, vel aliquo
 vicem eius supplente. Ceterum in criminibus
 manifestis notat Bart. in l. vlt. n. 5. ff. de
 manifestis

manifestis, ubi publicitas facti supplet vicem accusatoris, ut F. Diximus; bene potest Superior ex semi plena probatione ad inquisitionem devenire, non quomodo dicitur, sed iuxta regulas supradictas; quia quando aliquis denunciatur de crimine per aliquem probum virum: talis denuntiatio est sufficiens, ut inquiratur contra eum Super infamia tantum, et non Super crimine; sed referta infamia potest inquiri de crimine, ut docet Abb. in d. c. licet de accus. et ibi etiam Petrus de Archier, et Felin. quos refert et sequitur Maranta in sua praxi. parte. 6. n. 26.

¶ Tandem nota, quod quando iam proclatus procedit ut iudex, debet in principio iudicij presumere pro auctore in illis, quae aliquibus dubitationis tenebris obumbantur; et credere quod actor, aut denunciator non nisi sancto pietatis zelo commoveatur; aliter enim si proclatus exasperatur, et nimis se exigae exhibet comatum, denunciatores perterrebit, et nemo amplius de aliquo denunciare audebit. Nam vero in medio iudicij, tam in actorem, quam in reum aequaliter propensum se praestare debet; nam si in alteram partem aliquantulum propendat, illi vero veritas occultatur. Quod conforme est. c. c. tu de testibus. At vero iam in fine iudicij, quando pronuntianda est sententia, presumendum est pro reo, ut habetur in. c. inter dilectos de fide inst. et regula iuris. 6. Cum sunt iura obscura reo favendum est potius, quam actori. quod si

Et et funde notandum est quod licet hoc de ffule mung regiminis a m m a y d i c a t u r a s a c t i s
patribz ars arkin et scientia scientiarz cap. cu sit de etate et quali. ob innumera orna
222 ra angelicis sumeris formidanda quibz subiicitur prelati socii maxi
mi et difficultis est visitare sibi inquirere et corrigere pro ut oportet. in quo grauissim
negotio sapientis est prius quibus Index prestare debet, quanto potiori am
id subeat oia perpendere ratione. Regulares prelati, qui (ut sepe diximus)
estimare qz difficultates et patris, et prelati munus exercent. Quibz. D.
et in uimoda et procul Greg. in moralibus dicit, et refertur in. c. Vera.
inspiciat quem sperare AS. dist. Vera iustitia compassionem habet, sal
exitu possit et quando la vera indignationem; quamvis et uisti solent
negotia publica cum recte peccatoribus indignari, sed aliud est quod
priuatis, et que ad plu agitur typo superbia, aliud, quod zelo disciplina.
res cum iis que ad pau Habetur de uisitacione. In qua si dum taxat
cos, siue etiam que pau denombantur generalia, vel etiam particularia
corz sunt cu sis que ad quaedam, ita tamen quod nequeat licite procedi
unum tahi pertinet, cu ad inquisitionem specialem pro punitione sua
yruunt, tunc ex genere suo uisitacioni finem imponant prelati opportuna
publica priuatis, uimonia adhibentes remedia monitionibus, aut panalibus
sin gulantibus, maiora mino Legibus seu Statutis, pro ut eis maxim e uide
ritibus, que multoz sunt, pau titur expedire: que quidem particularia sunt
uoz utilitati antepone do diuina iudicia sunt relinquenda, si legitime ne
esse minime dulcitudinem quit aliter fieri: quod intellige de grauibz
violatur, cu illa fructum et non parui ponderis criminibus, ex quorum
maiores possit afferre, qua scientia integrum proximis sequitur incommodu
re hic ad singularia des et ex quorum supplicis notabile aliquod de
cande dum est, quando cu crimementum insurgat; nam in leuibus quibusda,
mumibz fuerit satis factu que a superioribus puniuntur in Capitulis, que
opus qui de laudabile est plus ceremonie, quam momenti habent; iam
inquirere corrigere puni Supradiximus, qz Religionum consuetudines
re et. sd opus laudabile a Sanctis illis Patribz, Sicut et promanatas
de hitum requirit temporis damnare nequequam licere. ¶

Liber Quartus.

213

De his, quae conueniunt prosecutioni iudicij.

Diximus supra, quod ~~lites~~ Præsul, aut iudex
in principio iudicij debet præsumere pro alio
re, in fine vero, pro eo. Cæterum ~~quod~~ in me-
dio æqualiter in utrumq; propensum se præ-
stare debet, ut facti veritas clarius innotes-
cat; ratione cuius probatio conuenit actori
et defensori reo. Et ideo illius ~~liber~~ peracti
quæ conueniens reddunt principium iudicij
de his duobus, probatione scilicet, et de-
fensione est modo agendum.

Dubium primum.

Queritur, quid sit probatio?
et quotplex, quot eius effectus
et quot probationis species, seu
modi?

Ad primum multis probationis definitioni-
bus commisit, respondeo, quod probatio est,
sicut docet Azo apud Syluestrum verbo pro-
batio) rei dubie per argumenta ostendis.

media

Ubi per argumenta intelligit omnia ~~diffinitio~~
 qua ad veritatem ostendendam deseruiunt;
 ne in confutandis diffinitionibus (ut multi sa-
 tis inubiler faciant) commoremur, vide Alex.
 Alex. 3. p. q. 45. memb. 5.

Ad Secundum dico quod probatio est duplex
 altera plena, altera vero Semiplena. Probatio
 nem plenam vocant Doctores, quae omnibus
 illis constat, quae Sufficiunt ad illam facti
 cognitionem, quae requiritur ad legitimam
 causa ^{expedit} cognitionem, ut bene docet Duarenus
 disput. lib. 1. cap. 27. et Mascardus de probat.
 in prin. q. 4. l. 1. tom. et alij. Semiplena vero
 quae non constat illis, quae ad legitimam cau-
 sa cognitionem requiruntur, ut infra explicabimus.

Ad 3^m. Respondes, quod perfecta probationis
 effectus est omnimoda condemnatio, vel ab-
 solutio rei; minus autem plena, quamvis ad
 ordinariam poenam non sufficit, nihilominus
 tamen, ad inquisitionem, pengationem, questio-
 nem, poenam arbitriam, et poenitentiam salu-
 tarem Sufficiet. Lenior enim probatio ad eas
 res, quam ad condemnationem requiritur, ut
 docet Innoc. in c. Sicut de Simonia. Cardinal.
 et Jo. Immol. Clem. 1. de haereticis, quos refert

Et se

Et sequitur Simancas de cath. inst. l. 50. n. 12.
Ad 4^m. Respondeo, quod plures esse proba-

tionis species tam plene, quam minus plene.

Et hæc probationum series, ample admodum
et diffusa est, et de ea quamplurimi libri cir-
cumferuntur: idcirco aliqualem solummodo
notitiam afferam, communium scilicet ali-
quarum probationum, et quæ præcipue crimi-
nalibus iudicijs in seruire possunt. De cetero
ad autores hic allegatos me referam, inter
plenas, et minus plenas probationes distinguendo
quoniam prima species est partis confessio.

Confessio partis.

Circa confessionem rei notandum est, Primò
quod inter omnes probationis species partis con-
fessio principatum obtinet; nam confitenti dice-
re possumus illud Luc. 9. Ex æquo te iu-
dico; confessione enim partis res fit notoria
nec solemnitas probatoria exigitur, immo con-
fessus pro iudicatus est, qui quodammodo
sua sententia damnatur. l. 1. et 3. ff. de
confessis. Vide Simancas ubi f. ff. de confession. 1.

Tanti enim est apud omnes legitima rei con-
fessio, quod licet alias iudex inordinate pro-
cesserit contra reum; confessus nequit dicere
de nullitate processus, ut late probat. Hieronim.

et Sebastia. Variis Gignis, in suo tract. de Crimi. las. mac. lib. 3. q.
 de nullitatibus et quibus modis nulli-
 tray defendi possit n^o
 126.

1. n^o Unde Ovidius ait.

Non est confessi causa tuenda rei.

Unde contra propriam confessionem nemo est au-
 diendus, iuxta tradita per Bald. in l. genera-
 liter. C. de non num. pec. n. a. et 2. Quod in-
 tellige cum suo Sale, quia contra propriam con-
 fessionem admittitur probatio, maximè quan-
 do ex illa probatione declaratur confessio, non
 autem omnino infingatur, ut notat gloss. in
 cap. cum dilecti v. de lapidatione. de accusat.
 et ibi Abbas n^o 4. Et confessio aliquando
 fuit facta per errorem, de quo errore inten-
 dit doceri probatio quod fieri potest. cap. fin.
 de confess. et tradit. Bart. in l. cum falsa
 C. de iuris et facti igno. n^o 10. l. non fatetur
 ff. de confess. et l. error C. eod.

2. nota quod ut prædicta partis confessio
 et ultima probatio sit debet habere quinque
 conditiones, alias non tantum habenda est, immo
 alie probationes præstantiores sunt, illa et necesse-
 rio adhibenda, ut recte causa perficiatur.

Prima conditio est, quod confessio sit iudicialis
 id est à legitimo superiore, et in legitimo iu-
 dias sumpta. Extrajudicialis enim confessio,

est

ipso, quod quis confitetur illud, cui natura
 repugnat errare conuincitur. L. confessio
 nibus, et. l. Si is cuius S. ult. ff. de interro
 gat. actio. Immo sicut bene docet Siman
 cas ubi supra non facile adhibenda est fides
 confessioni non verosimili; quia quod vero
 simile non est non bene instruet iudicij ani
 mum. l. i. S. Diuus Severus ff. de quæstion.
 glossa, et interpretes in l. i. ff. de confessis
 et. c. quia verosimile de præsump.
 Ultima conditio, qua multas includit, est, quod
 ut sit libera, et spontanea; aliter enim, libere
 potest reuocari; ut confessio, quam aliquis
 carcere inclusus emisit, nullis precedentibus
 indiis; ex enim ab eo iniuste fuit extorta
 et nullius momenti est, ut notat ~~et~~ Siman
 cas n. 11. ubi S. et refert glossam et omnes
 in l. penultima. ff. de quæstio. et Albiat^{us} in
 c. de off. ordin. et Boer de ass. go. ^{n. 10} Et
 multo minus si reus fuit ~~totus~~ sine indiis.
 tunc enim tribuendum est rigori tormentorum
 nec valet confessio præiudicare l. Diuus
 S. ex quibus ff. de quæstion. Bart. in l.
 mantus ff. de quæstio. Ita notanter dixit
 Bonifacius in suo tractatu Mall. in rubrica,
 qua

qua iudicia debent precedere torturam, Et
 probat quod iudex nequit a tormentis inagere
 nisi legitima iudicia precedant. l. nullus de opat. et
 C. de quadiis. et. l. unus de in eo ff. eod. et.
 Et ideo si aliter procedit non tenet factum
 quia contra legem est. l. non dub. C. de legibus.
 Idem tenet Joan. de Anna. consil. 17. In con-
 sil. 183. etiam si nullus ratificet suam
 confessionem, ut glossa notat, et ibi Bunt.
 l. questionis ff. de quadiis. et C. plures quos
 refert et sequitur predictus Hieron. Gigans
 ubi p. n. 24. Sedus autem quando reus
 primo extra iudicium fecisset sponte illa
 met confessionem, ut docet glossa in l. capite.
 ff. de adult. et Joan. de Anmol. in c. at
 si clerici de iudic. felin. in c. olim de res
 criptis, et in c. significati et i. de homic.
 Et Thomas Grammaticus. cons. 40. in causa
 Magnifici Tristani colun. 3. Si autem pre-
 cesserint ad tormenta iudicia legitima, et
 tortus post tormenta perseveraverit in sua
 confessione, dicetur confessus, ut communia
 tenet sententia gloss. in l. 2. C. de auto-
 ria reorum. Item poterit reus confessio-
 nem rescindere, cum iudex reo promisit ve-
 niam et indulgentiam si crimen fateretur,
 quia tunc dicitur deceptus a iudice, quod

probat contra Collectarium in cap. in eos, de heret.
Simancas ubi s. n. 12. ex multis gravissi-
morum Doctorum placitis.

Item qui per errorem aliquid confessus est
errore deposito potest revocare; non enim fa-
cetur, qui errat, sicut inquit Vulpianus et
iusto errore ductus confitetur, dignus est ve-
nia, et pœnitere potest, maxime si postea
plenius instructus confessionem revocaverit.

Sed ut bene notat Simancas ubi s. is, qui re-
vocat probare debet errorem. *l. non fatetur de*
confessis. l. inde Numeratius § ult. ad Legem
Aquil. l. r. §. si quis, ultio de questionibus.

Et ad hoc deservit ratificatio, quam necessa-
rio debent adhibere prelati confessionibus reorū,
quando precessit fortuna, aut timeatur error
de quo descendus est reus, ad quem in verbis
capiendum putant aliqui confessionem ordinari;
cum ita sit, quod confessio non nisi ad veri-
tatem pure, licite, et iuridice indagandam sit
iure natura instituta.

3.º est advertendum, quando reus tenetur confi-
teri delictum; Et dico primo, quod si reus scit,
quod prelati querit contra ordinem iuris, vel
ex malitia, vel ex ignorantia; licite potest non
confitei delictum, quod re vera commisit, etiam

Dicen

¶ *ind. l. non fatetur*
¶ *de confessis*

Dicendo, non commisti, nec tunc mentitur. Est enim Sensus, non commisti crimen de quo tu possis potest inquirere, sicut Dominus rogavit de se die re diem iudicij, id est, ad manifestandum, et Matth. 9. dixit. Non est mortua quella, sed damit, et re vera erat defuncta per separa-
tionem anime a corpore, non autem respectu sua potentie, atq; voluntatis, respectu cuius perinde se habebat, ac si non esset mortua. Hec Sententia est communis, nec aliqua indiget pro-
batione.

2.º dico, quod quando prelati legitime procedit ad interrogandum de crimine perpetrato, iuxta regulas supra præfixas, id est præcedente in-
fama, vel sufficientibus indicijs, aut semi-
plena probatione, tunc tenetur reus sub Letha-
lis culpa reate confiteri delictum, ut com-
munis tenet Sententia. Cum defendit. D. Thom.
22. q. 69. art. 1. et ibidem Caiet. cum reli-
quis. D. Thoma expositibus, Scot. de rat. leg.
et deteg. secul. memb. 2. q. 2. et Latus. 9. 7.
concl. 1. et de just. et iur. lib. 3. q. 6. art. 2.
concl. 2. Corduba lib. 1. question. 43.
dub. 3. Gabriel in 4. de 18. q. 6. et Palud.
de 19. q. 4. et ex canonistis Nauarr. in summa
cap. 28. n. 35. ubi se ipsum citat in cap. intra verba

cons. 6. Covarra. in practica q^o 23. n^o 35. Ber
 nardus Diaz in pract. Crimi. c. 118. et alij multij
 quos isti referunt contra Panami. adven
 tem in. c. 2. de confess. quod quamvis iudex
 quando procedunt indicia, vel infamia, vel
 Semptena probatis possit interrogare reum
 de crimine a se perpetrato, ipse tamen reus
 potest illud negare, si ex sua confessione
 timet panam temporalem, quia nemo tenetur
 se ipsum condemnare, et contra seipsum
 arma ministrare: si tamen pena imponenda
 non est temporalis, sed spiritualis, ut exco
 municatio etc. tenetur confiteri, quia spi
 ritualis pena potius dicenda est medicina.
 Hanc sententiam etiam tenet Sylvest. verbo
 confessio delicti q^o 1. et Alcocer in summa c. 26.
 et reputat esse sententiam Navar. sed immerito
 Et quidem sententia hac non caret aliqua
 probabilitate, maxime in criminibus pena
 capitis plectendis. Et sic reputat esse veram
 Petrus Navarra lib. 2. de relict. c. 4. in 2.
 p. illius, dubit. 2. n^o 36. Ceterum prior sententia
 est pro omnibus vera, et pro delictis indu
 ctibilis; quia si praelatus iuste precipit,
 Subditus

Subditus tenetur obedire; Sed in vno casu videtur
inquiri, ergo tenetur non cessare Veritatem.

Nec rationes, quibus alia Sententia roboratur
param probabilitatem habent in Religiosis
et Secularibus; Hi enim semper possunt puniri
vix pena mortis, illi autem nunquam; et in his
Farrisimè pena aliquam rationem medicinae
habet, in illis autem fere semper. Sed pro
ferit quis dubitare, an ut reus teneatur Prae
lato respondere, ut dictum est, oporteat certum
Scire Praelatum Legitimè inquirere, quia pra
cessit infamia, vel ^{scilicet} indignitas, vel semiplena pro
batio; an teneatur etiam credere quod Legi
time interrogat ut Veritatem illico manifestet.

Huic dubitationi respondet Greg. Lopez.
Super part. 7. tit. 29. l. 4. et alij, quos ipse ^{triv' iurargue dya}
refert, quod tenetur reus credere Iudicem le
gitime interrogare, et de illo bene praesumere
statim respondere. Contrariam Sententiam
amplentur Caiet. Solo, et Naua. ubi supra
Et quidem utraq Sententia suam habet pro
babilitatem, Sed prior est dura, et difficilis
observari. Ideo consultis magnis Viris nostrae
Salmonicensis Academiae Visum est respondere
regulae non tenetur reus responde
re, si non sibi constat Praelatum quodere ex

procedentibus iudicijs, fama, vel semiplena
 probatione; quod ex forma querendi facile potest
 intelligi. Quando vero sit prelatum esse
 doctum, nec aliqua prava affectione laborare,
 tenetur credere illum legitime procedere
 & statim respondere. ~ Et si contra
 obijciat. In omni euentu tenetur Subditus
 bene prasumere de suo prelato, nec suspicari
 de illo malum. Ergo licet loquendo de se
 cularibus iudicijs verum sit opinio Cavetani
 & Soti, quia passim videmus gloriosum sibi
 existimare Iudices, si minus, Vexationibus, et
 mille artibus Veritatem extorqueant de crimi
 ne occulto. Caterum loquendo de Religiosis
 nec vera est talis sententia, nec limitanda
 sed omnino rejicienda. Respondeo tamen, quod
 reus in dicto euentu, non suspicatur malum
 de suo prelato, sed obicit iure suo, cui non
 tenetur cedere; quia non omnes prelati docti
 sunt, nec in gratia confirmati, ut nequeant
 cum iudicijs leuicibus iusto, et minori infamia
 interrogare reum. Et nisi fallat probatur hanc
 Veritatem infalibili argumento. Cum prelati
 dubitat an iudicia sint sufficientia ad inter
 rogandum, et an teneatur interrogare, vel non;
 tenetur tunc (sicut communis sententia confirmat)

Si periculum imminet ex una parte contra reū,
 ex altera contra reipub. inclinare se in fau-
 rem reipub. et interrogare. Tum quia ex offi-
 cio tenetur favore reipub. tum etiam quia in
 dubijs tutior pars est eligenda. Et in talia
 su tutius est cauere periculum reipub. Sed
 in hoc euentu reus non tenetur responde-
 re, quia melior est conditio possidentis, ut be-
 ne probat Magister Bañer. 22. q. 69. ar.
 2. dub. 2. Ergo etiam si de Regularibus a-
 gitur; non semper tenet argumentum: potest
 prout licite querere, ergo reus tenetur res-
 pondere. Si de complicibus queritur, aut
~~reus~~ delictum ex illis est, quod potest committi
 sine complice, ut furtum est: aut nequit
 sine complice committi, ut adulterium est.
 In primo euentu, nec iudex potest querere
 de complice non infamato; nec reus respondere.
 In secundo vero euentu si crimina nota sunt
 omnibus, licet iudici de complice querere
 et reus tenetur illos prodere, ut communiter
 tenet sententia, ampliore autem natura
 ipsa licentiam praebet, tam in iudiciis, quam
 reus, quando crimina sunt in perniciem, uni-
 uersalis reipub. ut communiter asserunt Doc-
 tores cum Bart. in ff. repet. ff. de qua dicit.

tunc enim tenetur Superior de occultis complicibus querere absolute, et reus respondere: nam proprium cuiuscumque Iudicis munus est consulere bono communi, non obstantibus quibuscumque privatis commodis; et reus etiam non interrogatus tenebatur accusare, vel denuntiare complices occultos, ut supra probatum est. Ergo multo melius si interrogatus fuerit tenebitur illos prodere. et hactenus de confessione iudiciali part^{is}. §

Evidentiâ facti.

Secunda species plenæ probationis est, evidentiâ facti cuius meminit Dominus Genoscor 4. contra Cain, Sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Probatio ergo, quæ fit per evidentiâ præfertur omnibus alijs probationibus licet in aliquo casu confessio part^{is} prima tam teneat, quia ex ore proprio reus iudicatur. Sed Roma. consil. 109. evidentiâ omnibus probationibus præfert, et Bald. eam vocat optimam, et Superlativam probationem, in Rub. C. de probat. et in l. contra negat^{am} inf^{am} de leg^{is} Aqu^{is}. Hæc igitur evidentiâ, seu notoriâ facti
 plene

plene probat, tam in criminalibus, quam in
 civilibus, c. evidentiā de accusat. c. de mani
 festa. 2. q. 1. c. quatuor de cohabit. Cleri.
 Et ubi agitur de isto notorio, quod nulla po
 test tergiversatione calari; de quo etiam
 in. l. civis. C. de appell. ubi per glos. Bart.
 et Bald. optimè e' differentiam inveniunt inter
 manifestam, et notorium, de quo ^{per} aliqua diximus.

Communis totius populi opinio

Tertia species plenae probationis est communis o
 pinio totius populi. huius meminit Angelus.
 l. proprietatis. C. de probat. ubi pro absurdo ha
 bet, ~~quod~~ si alicui incumbit probare se esse
 filium Petri, aut hanc domum fuisse Joannis
 exigitur alia probatio^{ne} ^{præter} communem populi opini
 onem. Idem docet Bald. in Auth. quas
 adiones C. de sacros. eccl. et. in. l. conuantiu
 la. C. de Episc. et Cler. ubi alios refert as
 serentes non licere dubitare de eo, quod om
 nes homines habent pro certo, ut docet Joannes
 de Grassis in. l. Summa §. idem Labeo cum
 queritur ff. de aqua pluvia, et Joam And.
 in. c. cum causam. de probat. Et differt ista
 communis opinio à notorio ut patet ex dictis

et notat Speus. de not. crim. S. Sequitur vers.
 item et aliud. Hæc proprie vocatur à Theolo-
 gis, et Philosophis humana fides, et distat
 à simplici opinione; quia humana fides, seu
 communi omnium opinioni, intellectus adheret
 sine formidine; Multum enim est dubitare
 de illis quod omnes pro certo habent. Differt
 à scientia, et à sensatione quæ innituntur
 evidentia, quæ sit naturalis luminis testimo-
 nio, vel sensuum; fides autem innititur di-
 centium testimonio s³

Testes.

Quarta probationis species est, quæ fit per testes.
 Circa quam est primò advertendum, quod re-
 gulatè plerumque probatio fit per duos testes, omni
 exceptione maioribus, ritè, rectèq; examinatos
 c. licet univertis, c. novit de iudicij. c. cum
 à nobis de testam. et. l. ubi numerus eod. et.
 quod Legi divina innititur dicenti, In ore duo-
 rum, vel trium stat omne verbum. Matth. 18.
 Deut. 17. et Num. 15. Ceterum eidem di-
 vina Legi, immo et ipsi luminis naturali etiam
 innititur, quod non eadem fides omnibus testi-
 bus sit adhibenda; sed ea personarum quali-
 tate

fate plus, minusve fidei, his, vel illis tribuen-
dum erit. Ex quo fit, ut in testibus multa sint
exploranda, scilicet, conditio, dignitas, diuitiae
paupertas, amicitia, inimicitia, Sexus, aetas, et
alia huiusmodi, quod praeceteris eleganter
explicat. Rodd. Alex. Alex. 3. p. 9. 42. memb.
3. ubi ait. quod cum Lex diuina dicat exod. 23.

^{ne}
~~non~~ iudicis pluri morum acquiescat Sententia. uti vero de iuris.
Et dicit. 19. Cum Sacerdotes diligentissimi me
persecutantes inueniunt. Cum testimonium dixisse
contra fratrem suum ~~diuinitate~~ mendacium reddant
ei; frat. patri suo facere cogitauit. Humane
leges tam Pontificiae, quam Regiae, ratio-
nem legis considerantes, omnes personas quae
possunt haberi suspectae de mendacis in testi-
monio ferendo, vel de Veritate suppressenda
in ^{et inhabiles} idoneas, ad testimonium ~~ferendum~~ habere
conseruerunt.

2. est notandum, quod Leges humanae ad dis-
cernendum idoneum Testem à non idoneo, quin-
que praecipue considerant in personis tes-
tificantium, scilicet mores, naturam, fortunam,
animum, statum. Circa mores Statuerunt
repellere infideles, et infames; circa naturam
pueros, et aliquando mulieres; circa fortunam
pauperes aliquando, et seruos sepe contra

Domum: circa amicum repellunt aliquan-
 do amicos, et domesticos, et ferè semper i-
 nimicos: et circa statum repelluntur aliquan-
 do laici in criminalibus contra clericos, et
 Seculares contra Regulares; et pari ratione ad-
 mittitur aliquando unus testimonium, ut in
 iudiciis; et aliquando volunt plures quam
 unus esse necessarios, ^{quæ} ~~quæ~~ tantum abest, ~~quæ~~
 ut sint vitanda contra ius diuinum, aut naturale;
 Ut patet natura ipsa insitabilem; ut docet
 Cicero in Topiis, ^{dicens} quid non qualicumque per-
 sona testimonij pondus habet; sed autem
 requiritur ad faciendam fidem; autem autem
 autem affert natura, et tempus, ut ipsemet
 Cicero docet in partitionibus oratorijs. Tandem
 Iudex, aut Prælati his omnibus exploratis
 magis scire poterit quanta fides testibus sit
 adhibenda. l. 3. §. 1. ff. de testibus. Et autem
 legalitas persone testificantis, siue idoneitas,
 (ut ita loquamur) dignitas quædam hominis
 cuius testimonio debet fides haberi absq. om-
 ni suspicionem mendacij; et ex consequenti
 inidoneitas est defectus dignitatis in persona,
 propter quem fides testi à mendacij suspicio-
 ne licèta non habetur. Vide Alex. Alex. ubi
 §. et D. Ciprianum epist. 9. lib. 9. et multos
 patres

patres apud Gratianum .3. q. 4. et .4. q. 2. c. sequenti.

3^o est advertendum, quod licet multa, quae hu-
mane leges etiam Canonicae sanxerunt circa
testes sint per contrariam consuetudinem ab-
rogata; alia vero non ad substantiam iuris
spectant, sed sint de apibus, ad quae non
tenentur Regulares, cura procedant de plano
ut dictum est: Ceterum non ideo prolati de-
bent omnia parvi pendere, ut clausis o-
culis multorum testimonio omnem fidem ad-
hibeant. Unius vero, nullam. Sed sanctorum
Patrum vestigijs inherentes, quae nobis san-
cita reliquerunt sunt ad unguem obser-
uanda, et maxime illa, quae spectant ad
defensionem reorum, V. g. quod non facile ad-
mittantur seculares testes contra Delictuos
si aliter de eorum delicto potest constare, tum
propter scandalum; tum etiam, quia de iure
Laici non admittantur testes contra clericos
c. de cetero, de testibus, quod procedit etiam con-
tra clericum in minoribus, ut docet Felinus et
Dominicus, in .c. sicut sacerdotes. 2. q. 7. quod
intellige secundum Abbatem ibidem, quando deli-
ctum potest delictum probari, quicquid Felinus
et alij dicant, alias daretur causa clericis delicti-
corum laicis committendi.

Item testes non debent admitti, nisi iuramento com-

compulsis, valeat etiam de excep. et de excep. et de excep.
 quibus et de excep. et de excep. et de excep. et de excep.
 palleatum testem, sed etiam et de excep. et de excep. et de excep.
 et de excep. et de excep. et de excep. et de excep. et de excep.
 Testi enim non iurato fides adhi-
 benda non est in iudicio, etiam si vir aliquis
 fide dignissimus sit. cap. hortamur. 3. q. 9.
 c. super, c. tuis quatuoribus. l. iuris iuram-
 di, ff. l. solam. C. de testibus, et. c. fraterni

addequet. fol.

III

Item solus in crimine regulariter non valet pro-
 fesse; valet tamen in crimine heresis. c. in
 fidei fauorem de heret. in 6. Et in crimine La-
 ie maiestatis, et Simonia, ut ibi notat glossa.
 Vide glossam finalem in l. si filium. C. de libe-
 caus. l. quoniam. C. de testibus, ubi Doctores
 plura dicunt, et praeter ceteros Bart. n. 1. et 3.
 Et addit Bertac. cons. 556. n. 9. et 10. quod
 solus criminis, nec ad inquirendum iudicium
 faciunt, licet in criminalibus exceptis iudici-
 um faciant ad torturam, ut idem docet ubi s.
 n. 3. et 533. n. 3. et 5. et cons. 559. n. 4.
 Laris. cons. 83. n. 15. volu. 4. Ruin. cons. 19.
 n. 5. et 146. et 147. volu. 5. Marsil. pract.
 crimin. § si diligenter n. 89. et in singul.

Julius Clarus, pract.
 crim. q. 21 an. 4. criminibus non exceptis non faciunt iudicium
 et metum Agidius ad torturam contra solum et est communis
 Bosius ff. de inqui-
 sitione a n. 43

ut docet

et docet Deius cons. 839. n. 9. Bulgo. con
 sil. 136. in fine, verticulis, namissime. V. Jo
 an. de Anna. cons. 89. col. 2. Alex. cons. 132.
 Et tandem ^{sunt} multa alia, quae non tenentur de
 apicibus praesul observare; quorum commu
 niora referam, cum de rei defensione ^{erit} sermo.
 4. nota, quod testes debent esse concordantes;
 nam varij fide carent, immo et falsi esse
 facile deprehenduntur; ut conuicti fuerunt
 à Daniele Senes, qui contra Susannam testi
 ficabantur. Dan. 13. Hoc autem iudicis
 prudentiae relinquendum est, quia si testes con
 cordant in Verborum substantia, quamvis in
 accidentalibus discrepent non facile reijcen
 di sunt; nam memoria hominum labilis est;
 et earum rerum oblitio facilis. c. nihil obs
 tat de verb. ^{Signif.} l. 2. §. si quid autem
 C. de vet. iur. enacte. l. peregr. de acqui
 rend. poss. Sic docet. D. Thom. 2. 2. q. 70
 ar. 2. et ibidem eius expositores, et ex iureconsultis
 multis multis, quos refert, et sequitur si
 monach. de cath. inst. verbo. Testes. n. 33.
 Et sicut qui discordant, non suspitione carent,
 si similiter suspectissimi sunt qui eodem prae
 ditatoq; sermone testificantur, videri enim
 possunt ad prohibendum eisdem Verbis testi
 monium ante conuicta, quae suspitionem

tam Theologi, quam Jurisperiti vultū conside-
 randam docent; immo, et Sanchi Pater, Vide
 D. Christ. Hom. 1. in Matth. et ibidem Theo-
 philatum, et D. Tho. ubi S. Sotum lib. 8. de just.
 et iur. q. 7. ar. 1. ex Jurisperiti Bald. cons.
 12. lib. 2. Alex. cons. 137. lib. 6. Debit. cons.
 627. Hypoth. cons. 1. et alios quos ipse referunt
 §. nota, quoniam testes debent esse contes-
 tes, id est debent testificari super eodem
 facti, et eodem tempore: quod moraliter est in-
 telligendum: si enim duo idem viderint delictū
 non in eodem instanti temporis, quia per quoda-
 dam foramen intuentur delinquentem, modo unus,
 et statim alter, quia simul nequeunt per for-
 men distincte videre, rediculum esset asserere
 hos non plene probare; imo certum est, quod
 si alius est continuabilis, et videant duo diu-
 si horis, sunt testes, ut si videretur unus
 in concubina lecto ab uno teste in principio
 noctis, et ab altero media nocte. Si teneant
 multi, quos sequitur Quando ubi S. fol. 77 b.
 Et licet eandem sententiam defendat Simon
 cas ubi S. n. 65. proprius autem meo ludris
 loquitur, non enim fatetur hos esse testes
 sed asserit, quod in praedicto euentu plenariam
 fieri probationem per testes singulares; quia continuatus
 actus

actus bene probatur per testes singulares iuxta
 l. 3. in prin. de acquir. poss. et glossa in. c.
 Sicut ex quadam. de testib. Non enim ali-
 enim est a rigore iuris aliqua probari plenarie
 testibus singularibus; ut quando aliquod ge-
 nerale probatur, iuxta mentem multorum suf-
 ficiunt singulares testes, qui de singulis spe-
 ciebus testimonium reddant, veluti ad proban-
 dam iurisdictionem generalem, satis est quod
 singuli testes de singulis speciebus, aut ad hanc
 iurisdictionis testificentur, quia omnes, ut iuris-
 asserunt in generali iurisdictione concordant.

famam, usuras,
 heresim, possessio-
 nem, et alia simi-
 lia in genere

Sic docent innumeri, quos refert Sima. ubi s. n. 66. et est eor. opinio
 Nota quod singulares testes, pro suis diversis
 huius magis probant, quam si unus tantum pro
 fuisset testimonium; quia re vera singuli
 secundum de singulis testantur. c. nihilominus
 3. q. 9. Bald. in. l. iurand. c. de testibus
 Decius cons. 699. Aimon de antiquit. p. 4.
 m. 4. et 7. Ceterum si singulares fuerint
 de rebus ~~hinc~~ connexis; vel de eis, quae ad eundem
 finem tendunt, testimonium dixerint; quoniam
 in causis criminalibus non perfecte probent. ni-
 hilominus tamen plusquam semiplenam pro-
 bationem faciunt ut docent Bald. feli. Deig
 de his Aimon, quos refert Simanca ubi s.

Franciscu Viuicun
 inter communes vi-
 testes singulares
 qui plures refert

n. 64. Et certe de hoc probationis modo lo-
 quitur Cæc. 2. r. q. 70. ar. 2. ubi ait, quod
 propter singulares testes inuenitur fulminata
 Sententia multarum partium consilio in pec-
 catis Religiosorum. Cui assentiri, quia multis
 placere video, non autem regulariter vera
 est Sententia; imò falsa et intolerabilis: Sed
 in casu proposito, et quando crimina neque-
 unt ex natura sua probari, nisi testibus sin-
 gularibus, ut sollicitatio ad altum carnis
 in sacramentali confessione (quod grande
 Scelus Deus auertat ab homine catholicis)
 et alia huiusmodi, quæ relinquenda sunt
 prudentia iudicis, si non habentur expressa
 in iure communi, aut in Religiosorum Sta-
 tutis, ut saepe contingit, communiter enim
 assentiunt Doctores, ~~pro~~ Singularitate testium
 non minuire fidem ~~causam~~, quando agitur
 de atrocibus delictis, et difficilime probationis;
 ut probat Mart. cons. 1. n. 26. Diminud
 dus um. cons. 7. n. 50 lib. 1. et inter crim. diuers.
 cons. 31. n. 9. libro 2. Bertazzol consil. 275.
 n. 5. et C. Joan. Bay. ferr. consil. 162. n. 11.
 Nota quod si testes singulares non lenè pro-
 bant, multo minus plene probabit testimonium
 Unius

Unius. Numer. 38. et. cap. Veniens et 1. de tes-
 tibus, et ibi omnes, de quo infra. Sed ad evan-
 dum peccatum futurum perfecte probat: unde
 testis unus impedit matrimonium contrahendum,
 non tamen dirimit iam contractum. c. Super
 et 2. de testibus. Unde prelati ex testimonio
 unius fide digni tenentur prætereire occasio-
 nem peccati subditum, quod nunquam tes-
 timonio unius probari potest. planarie, quam
 tumumq; grante, enormeq; sit, ut de crimi-
 ne hæresis aliqui falso credunt, quos bene
 refutat Simancas Verbo. probationes n. 11.
 Solum concludenter probat unicus testis seu
 dum aliquos contra producentem, quia fuit ab
 eodem in fauorem suum inducens; et ideo ab eo-
 dem approbatus. et probat Felin. in c. Si cautior
 in noua limitatione, de fidei iudum. Cephal.
 cons. 68. n. 55. et consil. 82. n. 47. lib. 2 ubi
 de communi Dimin. uny. cons. 362. n. 64 et
 cons. 209. n. 3. lib. 2. et cons. 36. n. 20. lib. 1.
 et cons. 258 n. 14. lib. 3. et sacre Detid. Quid.
 cons. 15. n. 13. §

Violenta probatio, seu præsumptio
 Quinta species probationis plena dicitur violenta pro-
 batio, seu violenta præsumptio; quando scilicet

ius praesupponit; et Super praesupposito disponit
 ut in .c. de illis in fine, et in .c. per tunc
 de condit. appetit. ista dicitur probatio pro
 data, contra quam non admittitur probatio
 ut in .c. si qui clericorum. u. q. v. et in .c.
 in Super, qui matrim. accus. poss. ubi quae
 fuit inuita desponsata postea cognita spon-
 te, datur pro uane, et non auditur contra
 matrimonium. Sic Concl. Prid. §. 28. c. 19.
 de Regul. iuris non admittit probationem post
 quinquenium illius profesti, qui pretendit
 se per vim, aut metum, aut ante legitima
 etatem profestum; quia praesumit illum intra
 tale quinquenium fuisse voluntarium. Ius
 ergo in similibus praesupponit, et disponit, ~~quae~~
 nec probationes admittat in contrarium, nisi per
 ipsius confessionem, in his, quae dependent ab
 illa in cap. i. de confestis lib. 6. et in Auth.
 Sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. Quo
 fit ut haec violenta probatio sufficiat ad pro-
 ferendam sententiam, ut illam de falso pro-
 culit Salomon, declarans quae esset in factis
 mater, in cap. afferte mihi gladium de pre-
 sumpt. et ibidem, in cap. licent sic ait Alexan-
 der. 3. litteris fraternitatis tuae receptis nobis
innocuit, quod cum. I. ab. A. muliere, quam
 in uxorem

+ de presumptio.

in uxorem accepit, petebat separari, acuta
 haec matrimonij pro dixerunt testes, si militer
 asserentes, quod postquam mulier cum pre-
 dicto viro contraxerat matrimonium, cum san-
 guineum viri eiusdem salum cum sola mu-
 liere cum nuda in eodem lecto iacentem ea
 (ut credebant) intentione, ut eam cognosceret
 carnaliter, viderunt multis locis secretis
 et latebris ad hoc commotis, et horis electis, et
 infra. Consultationi tuae taliter respondens
 quod ex huiusmodi violenta, et certa suspici-
 one fornicationis, potest sententia diuortij pro-
 mulgari esse. Ex his facile colligem Praelati
 quam possunt proferre sententiam ex violenta
 praesumptione iuris, non autem sui; quia ali-
 quando datur praesumptio ex propria hominis
 malitia, et haec dicitur indicium, sive suspi-
 cio temeraria: Aliquando vero oritur ex pro-
 babilibus coniecturis, et de hac est infra ager-
 dum, quia spectat ad probationes complexas,
 quando autem est praesumptio violenta iuris,
 et de iure, haec sufficit ad sententiam, circa
 quam dubitat. Quandus ubi f. pt. 776. an
 sufficit in gravi crimine, ut haeresis, ut possit
 pronuntiare sententia definitiva, et ait, quod
 Sylvester tenet verbo praesumptio parte affirmativa.

.R.

Angelus vero eodem verbo tenet oppositum
 quod probat ex cap. literas ex. 11. *C*eterum
 nec Angelum, nec Sylvestrum intellexi; idem
 enim uterq; dicit: nam Sylvest. ex presso lo-
 quitur de presumptione violenta, qualis est
 illa qua veritatem demonstrat per indicia
 indubitata, qualia in hereticis et observa-
 tio ritus Judaeorum, aut Mahometanorum Ser-
 uare letunia, ceremonias etc. Et haec suffi-
 cit ut bene docet Simancas ubi S. verbo pra-
 sumptio nu. 5. Angelus vero loquitur ex-
 presso, de presumptione iuris, qua est proba-
 bilis coniectura ex certo signo proveniens
 que alio non adducto pro veritate habetur,
 contra quam probatio admittitur: de qua
 loquitur ipse Simancas nu. 6. Et de hac
 presumptione loquitur Angelus; et hanc
 vocat Sylvester iuris tantum S. 1. et infra
 verbo. *S*ecunda est probabilis. Dicit semple
 nam facere probationem et refert Angelum.
 Et tandem quicquid isti Doctores dicant,
 hoc unum certissimum est, ^{ut} dicit idem
 Simancas ubi S. nu. 3. quod iudex presump-
 tionibus non magis credere debet, quam Le-
 ges ipse credunt. Et enim vehementer
 R.

J. p. et

patet presumptionem aliquam esse veram,
 ea tamen moveri non potest ad aliquam
 condemnationem, cum ea propria consuetudine,
 etiam si certa, iudicare non debeat, sed ex
 fide eorum, quae probata fuerint; nec ideo la-
 ges transgrediatur iudex, ^{praecipientes} ut non criminantur
 impunita; occulta enim, et incerta solum
 Deum ultorem habent. Et ut Anacletus
 inquit, si omnia in hoc mundo punirentur
 Divina iudicia locum non haberet. c. li-
 teras, de praeump. l. illicita, d. veritas de
 officio praedicti. c. si omnia b. q. i. et pul-
 cre videtur ait. l. de Britt. Si quoties
peccant homines, sua fulmina mittat
Jupiter, exiguo tempore inermis erit §

Instrumenta publica, et acta Judi- cialia.

Sexta ^{plena} species probationis est publicum instru-
 mentum; Nam cum testes possint per ma-
 tem deficiere, facit fidem Scriptura publica
 officialis publici manu subscripta, vel sigil-
 lo authentice munita, quale est Episcopi,
 vel alterius personae indignitate constituta.
 Horum instrumentorum meminit Scriptura

Sacra Herem. 32. et regulariter plene pro-
 bant ea. Vbiq. iure. c. 1. et 2. de fide ins-
 trum. l. cum res, et l. cum precibus. C. de
 probat. Sed intellige, si prædicta instrumen-
 ta habeant auctoritatem publicam cum solem-
 nitatibus requiritis, ut plene probat Specul.
 de instrum. ^{cap. 1.} §. habetur; commemoramus
 quid verò faciendum sit, cum aliqua debet
 auctoritas habetur. c. cum publicis Tabellis
 et c. si instrumenta, de fide instrum. Quod
 debent etiam Adversariorum Præsules notare,
 ad quos sæpe in iudiciis spectat aliquæ de-
 terminare Lites, et partium iudicia in fide pu-
 blicis instrumentis adhibenda consistit; et in
 criminalibus etiam contingit alicuius delictum
 vel defensionem per aliquod instrumentum publi-
 cum constare, cui danda est integra fides
 si legitimam habuerit solemnitatem, et non aliter.
 Similiter plene probant, tam in iudiciis, quam
 in criminalibus, acta iudicialia scripta,
 quæ distinguuntur multi ab instrumentis pu-
 blicis, sed omnes asserunt equaliter proba-
 re. c. quomodo contra, et c. final. de pro-
 bationib. et l. gesta. C. de re iudicata. §

Litere

Litteræ Authentice.

243

Septima species habetur per litteras authenticas. Et licet hæc species probationis videtur aliquibus eadem cum Sexta, falluntur ut bene docet Thom. de Grassis in sua arte iudiciorum, ubi distinguit inter publicum instrumentum, et litteras authenticas, ex auctoritate eius, cuius est Sigillum, aut Chirographum. Harum litterarum meminit Honorius Papa in c. cura, et Zacharias in c. debet. Quodammodo u. g. 3. et in cap. post cessionem de probat. Inocen. 3. præcipit standum esse Litteris iudicis ordinarij donec contrarium probetur. Item in l. si publicanus in principio ff. de public. et hæc plena probatio partim videtur regularis, quorum præsulibus suis authenticis litteris Religiones gubernant, quibus in omnibus plena adhibetur fides donec contrarium constet.

Contra hoc arguitur ex d. si non aliquid tale in Authent. de fide instrum. collat. 6. ubi dicitur, quod viva vox excellentior est probatio, et præferatur voci mortua: Sed viva vox Episcopi, vel alterius præsulis, cum non sit plusquam unus non facit plenam probationem. c. cum a nobis. de testibus. Ergo plena fides non

est danda suis litteris. Sed respondet Hostien-
 sis in summa de probat. in fine, ~~quia~~ ^{disparitate}
 esse ratio, ^{nem} propter solemnitatem adiectionem in litteris
 quae vicem habent publici instrumenti, licet
 vera, sepe distinguantur ab illo propter def-
 fectum aliquarum solemnitatum, quae requi-
 rantur in publico instrumento. Exemplum
 ponit Hostiensis in publico Tabellione, cui, cum
 examinatur testis non creditur, nisi sicut solus.
 Si autem conficit solenne instrumentum ple-
 ne probat donec contrarium constet. §

Assertio Principis.

Inter species probationis plena ponunt aliqui
 assertionem solius Principis de gestis coram eo
 cum presentia Principis obtineat vicem plurimorum
 testium. L. omnium. C. de testam. et cap. cum
 a nobis, de testibz, ubi docens Pontifex, quod
 requiritur pluralitas testium exiit Sedere
 Apostolicam, hoc est Pontificem Summum. Unde
 Si alicuius ordinis Supremus Praesul de gestis
 coram se testimonium redderet: credo fore ple-
 ne probare in multis casibus: neq; alienum
 hoc a iure existimo; in quo quoniam textus
 sit quod non credatur alicui de potestate

ordinaria

ordinaria vel delegata nisi literas ostendat
 cap. cum in iure de off. delegati. l. d. (de
 mand. Principi. Ceterum secundum ipsum ius
 nobilissimi viri, ut Cardinales etc. credendi
 sunt, si asserunt se esse Legatos Sedis aposto-
 licae, nec aliquod quicquam eorum simplex verbum
 requiritur. C. nobilissimi 97. dist. simili-
 ter in propositis. ³

Juramentum, seu multiplicatum.

Nona species plena probationis est iuramentum,
 quod multiplex est, et probat diversimode; probat
 autem plenarie in purgatione Canonica. c. quo-
 ties de purgat. cans. Vide Simancas. verbo
 purgatio Canonica, et Joan. de Grassis ubi
 plura de hoc dicentur, quae omittenda duxi
 quia non video in Religionibus hoc medium dari
 vici, cuius rationem pariter ignoro, est enim ali-
 quando praestans, et optimum, et eo saepe utuntur
 Inquisitores haereticae pravitatis. Et video
 Godfredum per doctum virum nostram Hispa-
 niam Laudantem, quia in Saeco Inquisitionis
 foro haec purgatio in usu esse non desit. Simi-
 liter omitto explanationem aliarum plenarum
 probationum, quarum meminere Doctores, ut sit
 Libri antiqui, scriptura in Lapidibus; Archi-
 vum publicum; assertio peritorum in arte; et
 alia huiusmodi, quae ratio ad nos spectare

poterunt: et ex dictis patet quinta fides in
eis adhibenda. Attendemus ergo ad agendum
de minus plena probatione. §

Semiplena probationis Species.

Prima semiplena probationis Species est illa, quae
habetur per unum testem omnino exceptione ma-
iorem deponentem super re de qua agitur, et
rite, recteque examinatum. Et patet, quia si duo
testes regulariter faciunt plenam probationem
unus faciet semiplenam. Unde in casibus, in
quibus duo non faciunt plenam, ut in testame-
ntis, et iudicialibus, tunc unus non faciet semiplenam.

2^a Species est Confessio parvi extrajudicialis.

3^a Fuga rei: licet aliqui existiment praedictam
fugam plusquam semiplenam probationem fa-
cere. Sed bene Bart. inter fugientes distin-
guit. in l. quis sit fugitivus. ff. de adul-
terio. Quando enim fugitivum insequitur familia
iudicis, talis fuga non gravatur suspitione de-
licti, quia merito tunc unusquisque fugit hu-
iusmodi satellites, et carcere. Si autem ali-
quis fugit statim commisso delicto absque alia
insequutione, aut probabili molestia: profectus
videbitur culpabilis; sed si capitur est audiendus
numquam enim ex sola fuga plena sumitur probatio.
ut notat Silius Clarus praest. crimi. q. 2. a
21. n. 22 Mascardus de probato 2. vlt. q. 220
quibuslibet casus refert a n. 10 quibus fuga non nocet
et Gildius Bosph. tt. de iudicijs n. 49

¶ que iudicium quidem legitimū prestat et is ita delictū confitens valeat nocere subici si per se quis qualiter
permiserit et delictū graviter postulaverit, non tūc et clemēnari possit. Gloa. l. cap. 3. de Adult.
Baronius Angelus in l. unica. c. de Confess. et Baldus ibidē et in l. c. presbiteri n. 12. c. 247
de Episc. et Clero. et late Marcellus in l. de Minore. n. 29. de question.

1^a Species est fama, de qua S. diximus.

2^a est presumptio non violenta, quæ plenarie probat;
nec temeraria, quæ nihil; sed probabilis ex ve
rosimilibus coniecturis, et iudicijs, ut S. dicimus, et ostendit quæ alia esse

3^a Sumitur ex scriptura domestica.

4^a Ca. missimus. Literis, quæ equiparantur con
fessionē extra iudiciali. ¶

Hæc minime plena probationis species probant Doc
tores, et alia multa, quæ ex presumptione le
gum, vel instrumentis incerto, vel ex mercato
rum libris, iuxta decreta cuiuscumq; regni
et provincie, quæ duci omnittendas clemē
tatis gratia, et quia ad nos nunquam, aut
rarsissime spectant. Cæterum hoc unum
in promptu esse debet Superioribus omnibus
quod ex his minime plenis probationibus, omnes
Sufficiunt ad inquirendum; et multa ad tortu
ram, et aliqua ad plectendum arbitrariā pœna;
nulla tamen ad plene probandum; et ex conse
quenti ad puniendum pœna ordinaria. Sæpe
etiam iudicia, quæ ex semiplena probatione ha
bentur purgantur tortura, sæpe ^{autem} adhu
cenda est alia pœna arbitraria, vel quia
magna sunt; vel quia in se culpabilia; tunc
enim minime purgantur tortura; et tandem
Sententia extraordinaria pronuntiatur, quando

debeant in l. milites
S. oportet ibi sed ar
gumentis primum ve
rosimilibus probabi
libus, uti, et si
his veluti certis iu
dicijs audi C. de
questio. s

ex coniecturis, et præsumptionibus fertur, tunc
 enim non ordinaria, sed extraordinaria pa-
 na imponitur, et est casus in eap litteris de-
 præsumpt. Nec circa hac tertio regula pos-
 sunt adhiberi, qua quærent in omnes e-
 ventus, sed necessarium est iudicis prudentia
 relinqui, qui perfecta conditione rei, ado-
 ris, testis, criminis, scandali, et aliarum circum-
 tantiarum, iuste, qua iusta sunt exequatur p.
 ut sepe dicitur regularis præsul. pater noster iudic. iudic. vii. gerit et no
 fiscalis.

De rei defensione.

Dubium secundum.

An necessaria sit Rei defensio in
 iudicio, et quibus modis possit fieri?

Ad primum respondeo, quod defensio, qua ni-
 hil est aliud, quam delictorum, et iniuriarum,
 qua reo opponuntur dissolutio. l. defensionis
 C. de iure fisci; Adeo esse in omni iudicio ne-
 cessariam, ~~quod~~ ^{ut} si desit, tota iudicij corruat
 auctoritas. Unde licet reus sua renuntiet
 defensioni; est habenda legitima defensio;
 quia reus non est audiendus perire festi-
 nans. l. non tantum ff. de appel. glossa

omni

omnibus probata in l. pacem inter heredem
 ff. de pactis. Passim enim fit, quod rei exi-
 stimantes citius à carcere, vel vinculis liberari
 non conuicti, nec confessi, proprijs defensionibus
 cedant. Et pleriq; iudices vinculoꝝ aspe-
 ritate, et diuturna carceris detentione prædi-
 ctos reos ita premunt; ut quasi inuitos ad id
 faciendum inducant, cum adhuc sub multi di-
 cunt) ipsi Diabolo, si esset in iudicio non sit
 deneganda defensio. ut Nota docet in nouis
 364. alias. 16. de dolo, et contumacia n. 3. et
 de iur. 201. alias. 15. de procur. Adde Immo
 in Clem. Pastoralis n. 51. de re iudicata Res-
 igitur conuicto, et adhuc sponte confesso; et e-
 tiam non petenti non est deneganda iustus
 ad se defendendum terminus, et totius mundi
 prædica tenet, prout Iulij Clarus testatur lib.
 8. receptarum §. fin. q. 49. n. 13. Itemq; ele-
 ganter resolut Nedin in tractatu de maesta-
 te Principis. verbo. Sed etiam per legitimos
 tramites n. 88. Vide Couar. in 4. c. 8. §.
 12. n. 16. et ipsim Nedin ubi §. n. 114. et
 Mensch. cons. 82. n. 121.

Ad secundum respondeo, quod plures sũt de-
 fensionis species, quarum meminere prædich

Doctores, Illas vero, quae communiores sunt: in
medium proponam.

Primus defendendi se modus, potestimque inno-
centiae defensio, est; obiectorum criminum ne-
gatio; quod tenetur facere reus constantissi-
me, si crimina, quae ei obiciuntur non com-
miserit, in domino confidens sicut mors Sy-
on: exemplo illius celeberrimae foeminae
Susanna, cuius cor etiam cum iam causa
peracta et probata, duceatur ad supplicium; orat
habens fiduciam in domino; magna enim
est veritatis vis, ut probat Cicero pro Celio
et Aeneas Silivius in quadam epist. inquit
Nihil est mendacium instabilius, nihilque veri-
tate constantius, et Plautus dicat, qui non
deliquit, docet audacem esse, et confidenter
pro se protorua loqui. Innocens enim ergo
constantiter negare debet, ne se ipsum iniuste
infamet: quia si contra alium ~~pro~~ testimonium
falsum dicere unusquisque prohibetur, mul-
to magis ne contra se falso testificetur veni-
tium est: quia regula diligendi proximum a
se ipso ^{met} accipitur. C. si non licet. 23. q. 1.
Longe ergo fortissima luendi se ratio est, si
quod obijciatur negari potest, quia accu-
satore non probante reus, et si nihil proba-
verit, absolvendus est. L. qui accusare. C.
de edendo

de edendo. L. acta de probat. Unde. D. Aug.
lib. 1. de civ. Dei. c. 7. plura dixit, quorum
meminit Gratianus in dicto. c. si non licet.

Licet in super obiecta crimina negare, si sit
occulta, vel si a iudice non interrogatur ve
us iuridico ut probatum est supra; et si sua
negationis offerat reus probationem aliqua
admittenda est a superiore, et diligentissi
me investiganda veritas; aduertendo quam
difficile sit neganti probare; quia quod no
est non habet causam cognitionis, et probatio
nis, et sic recurrendum est ad aliquas circums
tantias, temporis scilicet, vel loci in quo per
pestratum est crimen, de quo optime loquitur
Abul. 2. p. defensorij c. 77. Vide cap. quo
niam contra de probato. c. bone de effra.
et cap. ex tenore de testibus, et. l. optimam
C. de contrahenda stipul. Reus vero legitime
interrogatus caueat ne unquam falsum dicat
aut verum neget, nam praeter gravissimum
pecuniarij criminis causam suam longe peio
rem facit, quia ut docet Gregor. lib. 12. in
Job. c. 21. plana quippe veritatis via, et
grauis est iter mendacij.

2. defensorij modus est probitatem ipsius

probare ex actibus contrariis illis criminibus,
 qua ei obijciuntur; quod quidem valde pro-
 dest saltem ad presumptionem diluendam. c.
 penult^o de presumpt. Vide Beltrandum cons.
 37. lib. 2. Tanti quidem muneris et bona
 fama probata, quod si alias indicia sunt suf-
 ficientia ad questionem non possit ad illam
 per indicem procedi, ut notat Bald. in. l. fin.
 C. de probat. l. 1. C. locati. Alex. in additionibus
 ad Bart. in. d. l. fin. de qual. et in cons. 39.
 n^o 10. lib. 3. et Jason in. l. 1. ad fin. C. de legibus
 Paris cons. 44. 151. n^o 13 et in cons. 171. n^o
 24. volu. 4. Immo qualitas probata bonae
 vitae, ipsa indicia ad turbaram purgat. Anger
 in. l. miles. C. de question. Debitus. cons. 175.
 quasi circa finem. Pinnal. cons. 145. n^o 13.
 Rolan à Val. cons. 45. n. 44. Et tandem ex

et satis probat d. l. predicta bene probata qualitate tollitur que
 milites s. oportet ubi idemum facere de cumq. presumptio in contrarium existens, ut
segitur si persona docet Thomas Gram. Ver. 36. n^o 13. et latis
rum conditio patris sine Bertagnol cons. 203. n^o 23. Salic. in
fur C. de questis l. sine l. 1. n^o 4. C. ad legem Carol. de hieor. et
de minore s. plei l. 1. n^o 4. C. ad legem Carol. de hieor. et
rimum ff. de questis Pinnal. dicto cons. 145. vol. 2. Capol. cons.
ubi valentius estimat 31. presump. 9. Quod tant^o ^{faciunt} ^{attendant} Doctores
tionis quibus infra ^{ut} ^{asserant}, quod contra Sacerdotem ex fe-
litate est. l. non ^{ut} ^{asserant}, quod contra Sacerdotem ex fe-
omni s. a Carbaris ff. de u. milit. ubi et si bonus miles anea quenta
estimatus est: prope est, ut affirmationi eius credatur.

Frequentatione sacramentorum tollitur quaecumque
prava suspitio. ut notat Bart. in l. non solum
D. l. n. 3. ff. de iur. iur. Ant. Galeat cons. 110. n.
29. Vol. 1. inter contr. crimi. divers.

3. Defensionis modus est aliqua in media proponere
qua etiam in confestis sufficiunt aliquando ad
liberandum, aliquando vero ad penam subleuandam;
ut ignorantia, quae si est inculpabilis, excusat
omnino; et si culpabilis, disponit ad mi-
torem penam; numquam enim pari pena plec-
tendi sunt, qui ex malitia peccauerunt, et
qui ex ignorantia. Similiter penam tempe-
rat rei humilitas, et penitentia, vel facti
se per lapsum lingua peccasse, vel propter
aliquam intempertiam occasionem, et alia
huiusmodi.

vestalorum iurisdictione testes iuris
confult. Paulo in l.
quicquid calse 49
ff. de reg. iuris ubi
dicit.

4. Defensionis modus est refutatio testium, quibus
obijci possunt multi defectus, sed priores
taniores sunt, vel inimicos esse, vel ab inimi-
cis subornatos, aut contra reum inter se iur-
iurasse; his nulla est adhibenda fides. c.
per tres litteras el i. de iur. c. in fidei fa-
uorem de heret. lib. 6. Alij sunt ^{etiam} ~~etiam~~ pluri-
mi defectus, quos ex iure patiuntur testes;
iuxta quod repelluntur seculares contra clericos

et in aliquibus iudicijs mulier repellitur; me-
 retrix in multis, praesertim in criminalibus;
 & aliquando Soror, consanguinei, affines, aut
 familiares, et ^{nulle} ~~nulli~~ istorum sunt integri
 testes, et omni exceptione maiores. Sed
 quia difficile est circa hoc dari certam re-
 gulam, quia ius commune ex consuetudine
 contraria, vel ex speciali lege abrogatum est.
 Ideo relinquendum est prudentiae Superioris,
 qui qualitate criminum, personarum, rerum,
 scandali, et aliarum multorum, quae occurrere
 possunt perspecta, quid admittere, quid rejicere
 debeat, iudicabit; multa praesens habens. Remedium
 enim hoc raro, et non sine magna necessi-
 tate concedendum est reo in Religionibus. Ip-
 se vero Praesul ex officio tenetur praedicta om-
 nia animadvertere, ne dedit iusta, et legiti-
 ma defensio reus. Et tandem si testes, testi-
 bus aduersantur, preferendi sunt plures pau-
 cioribus; viri feminis; nobiliores plebei; affi-
 mantes negantibus; testes reorum, testibus ac-
 cusatorum: Denique preferendi sunt, qui proba-
 biliora, et veraciora testimonia dixerint.
 l. quod maior. ff. ad municipalem, l. ob car-
 men §. vlt. de testibus, c. in nostra cod. de

cap. ult. de sent. et re iudic. glossa in l. diem pro
 ferre §. si plures de arbit. Regia l. 40. cum
 sequentibus tit. 16. p. 3. Philippus Cornuus cons.
 123. lib. 4. Socinus Senior cons. 244. lib. 2. Feli-
 nus in c. in nostra de testibus. Debus in c.
 in presentia de probat. Tandem reus potest
 ubi pluribus defensionibus, non autem alter plu-
 ribus actionibus. c. nullus de reg. iur. in b. ubi
 plura dicunt Doctores. l. quod in heredem, §.
 eligere de tributaria ~~in~~ actione.

Ceterum, qui defensionis modus, qui in reproba-
 tione testium consistit, presupponit quaestione
 illam. An Superior teneatur publicare testes
 res, ideo illam breviter disputare placuit §.

Dubium Tertium.

An Religionum Praesules, quum ut
 Iudices procedunt, teneantur testium

depositiones res semper publicare?

Antem affirmativam communiter defendunt Doc-
 tores (empto crimine heresis circa quod extat
 cap. fin. de heresi. in c. ubi Innocentij. VI. in
 no Innocentij. 4. constitutione sanctum est, nec
 in heresis crimine testium depositiones publicen-
 tur sub his verbis. Sane volumus, ut nomina
 tam accusantium praeterea hereticam, quam

testificantium Super eam, nullatenus publican-
tur propter scandalum, vel periculum, quod
ex huiusmodi publicatione sequi possit. Hoc
 idem antiquitus Biterrensi, et Narbonensi con-
 cilijs fuit stabilitum: quibus accedit Constitu-
 tio Pij. 5. fol. record. idem precipientis, et con-
 tinetur in literis Apostolicis pro officio Sanctæ
 Inquisitionis pag. 105. Quo fit ut quamvis Bo-
 nifabius. 8. in. c. fin. & Cesante de heret. in. 6.
 præcipiat testium, et accusatorum nomina in
 hoc crimine, et in alijs publicari, quia tamen
 addit, dum modo fiat sine metu alicuius peri-
culi; non ex hoc in usu talis publicatio, quia sem-
 per tale periculum iuste timetur. Ex quo com-
 munitè colligunt quod in omnibus alijs crimi-
 nibus non licet cesare à publicatione testium,
 et accusatoris, quia nulla urgente ratione pos-
 sunt ad hoc moveri iudices, sicut urgentur in
 crimine hæresis. Sic tenet. Dom. et Doll. in dict.
 cap. fin. 8. ubiemus, et Abbas in c. præterea
 n. 7. de spons. Roman. in Singul. 364. Hypol.
 in. l. de unusq. de heret. n. 121. D. Redin
 de Magest. Princ. in vers. sed etiam per legi-
 timos tramites n. 113.
 Sed his non obstantibus, Licet sententia hæc regu-

Saniter vera sit, et inviolabiliter seruetur
 in tribunalibus, tam ecclesiasticis, quam seculis
 Sanibus: Ceterum iuxta speciale Religionum
 Statutum, bene licet Regulares amplecti sente-
 tiam asserentium posse Iudices ecclesiasticos
 in alijs criminibus ab hæretici denegare accusan-
 tis, et testium nomina, cum enim eadem ve-
 geat ratio, eadem debet esse iuris dispositio
 Illud ff. ad. l. Aquilã. l. à Titio ff. de verb.
 oblig. Et in proprijs terminis hanc defendit
 Sententiam Greg. Lopez in. l. ii. tt. 17. §. 3. in
 Verb. Conducho tomado. Unde nostra Illino-
 rum Generalis constitutio. c. 6. de correctio-
 ne delinquentium sic ait. Ad pacem inter fra-
tres tuendam ordinamus. Ut prelati nullom-
do testium, nec accusantium nomina rei
manifestent, etiam si procedant ad vindictam,
et iustitiam, nisi quando iustitia periclitare-
tur in oppositione alicuius gravis, et in fama
torij criminis; nam in hoc casu si rei punien-
di petunt testium publicationem fieri, non
est illis deneganda. Quia quidem Lex iustiti-
 Sima est, et paci, utilitati, et bono communi
 accommodata. Et tandem rationibus contraria
 Sententia facillimè respondetur, quia nihil
 probant nisi regulatè. Et opposita Ne-

gularium praxis firmatur consuetudine; et quod
 amplius est Legibus, et Statuti auctoritate A
 postolica Sanatis: Sed quia non licet predic
 tis abuti Legibus, animadvertendum est valde
 (ut huic defensionis articulo iam sine imponam)
 quod in eo multi defectus possunt committi, in
 his, quae ad Religiosos attinent; nam aliquan
 do rei humilitate summissi, nonnunquam igno
 rantia decepti, sapius veris quod plus ne queant,
 se defendere desistunt; et cum processus fiant
 inter privatos parietes plures errores terrate
 git; et quando aliquo cogente casu ^{in lucem veniant,} ~~foras~~
~~antur,~~ hic potius defensionis defectus ab om
 nibus quam alter alius conspicitur. Expedi
 ergo audire partem, et cui se defendere nes
 cit dandus est qui doceat, et instruat. Et si
 pro conservanda pace, vel alijs iudis de titulis
 res testium copia regulariter non conceditur,
 alterum vero remedium adhibendum est, quod
 huic defensionis vicem suppleat; quae ideo
 naturali, divina, et humana legi consona est.
 instar sacri inquisitionis fori, ubi hoc obser
 vatur, ~~ut tunc~~ ^{habetur} ~~habetur~~ ^{Speciale Apostolicum}
 existat indulgentiam ^{circa denegationem publicationis testium}
 et ad conservationem Secreti
 adeo sit necessarium; vero nihilominus datur
 copia

copia de omnibus, quae aduersus eum testificantur,
 Suppressis tamen testium nominibus, illisq om-
 nibus circumstantijs, quae ad eorum cognitionem
 inducere poterant; Verum tamen ^{causidico} ^{euuq.}
 patefunt, qui nomine rei eum eo faciat, ~~et~~ de-
 fendat; ad cuius tutelam, et defensionem, haec
 aliaq plus solito diligentia praestantur, ut re-
 fert Simancas ubi P. et Joan. Rosas in suo
 tractat. de here. p. 2. n. 4. Verum enim
 vero in negotijs ponderis, et momenti rei testi-
 um copiam denegare, vel quid simile in eius
 loco non supplere, erit aperte contra ius na-
 turale, diuinum, et humanum procedere, et in
 iustitiam, submissionis, reliquosq humilitatis
 velamine simulare.

Est etiam defectus animaduersione dignus, et val-
 de cauendus, quod postquam à reo sumitur
 confessio, et ei datur copia illorum, quae aduer-
 sus eum habentur, et ipse purgatur; non exami-
 nantur testes, quos ipse in suam defensionem
 refert, et ~~offert~~; iuxta illa duntaxat, quae pro
 sua purgatoria interrogatione allegat, ut ita lo-
 quar; quin potius illud probare contenditur, quod
 reus se commisisse pernegat; quod minimè licet:
 aliud enim est testes contra reum examinari;

aliud Veri pro sua defensione; nam primum est
 agendum, iuxta illa, quae accusator, vel eius
 Vicem habens refert; alterum tamen, iuxta
 illa tantum, quae pro defensione proponit reus,
 illis omissis, quae in perniciem, et debimen-
 tum rei esse poterunt, et si aliter fit: causa
 debet à Suprae Præsule pro indefensa habe-
 ri, quia neminem videt stare pro eo; si qui-
 dem iudex nunquam defensoris, imò semper
 fiscalis sortitus est munus. Haec autem duo
 diversissima ministeria sunt, et in iudicio re-
 cessariis.

¶m. Dulium

Utrum Regularis Iudex teneatur fidem adhibere
 actis contra Regularem in alieno foro? videsse.

Liber Quintus.

De his, quae conueniunt ad finem Iudicij.

¶ Questio Secunda querit et in numeras supponit questio- nes quas cum maiores et vltio- res comprehendit verba diui Gregorij quibus proclure ad nostra Respondet questione m. et habetur in cap. 14.

Dubium primum.

Utrum semper recte, et secundum Legem teneatur superior iudicare?

Hinc quaeritur respondetur D. Greg. et referuntur 7 in. c. Summopere. 11. q. 3. Sub his verbis. Summopere ~~precauere~~ debet Rector ecclesiarum, et qui publica iudicia exercent, ut in dictan- dis Sententijs nullatenus Leuitate, aut feru- re ducti sint praecipites; sed causis prius dili- genter ventilatis, cum res, quae ignorabatur ad notitiam pleniter venerit; tunc diuina, et hu- mana Lex resoluator, et tunc secundum quod ibi constitutum est, remota personarum accep- tione diffinitua proferatur Sententia. Hinc est quod Moyses quarelas populi semper ad dominum, tabernaculum ingressus referebat, et iuxta quod dominus imperabat iudicia proponebat; immo nos instruens, ut non ea inde nostra, sed ex praeepto diuino conde- nationis, vel iustificacionis Sententia proferamus.

Nullatenus Greg. Magnus, cuius nos singula
 Verba oportet explicare, quia vir sanctissimus,
 et diuina scientia consubtilissimus, quae ad op-
 timum expectat iudicem summum pro-
 punit, et docet.

Summopere praecavere debent Recto-
 res ecclesiarum, et qui publica iudi-
 cia exerceant, ut in distandis sen-
 tentijs, nullatenus Leuitate, aut
 favore ducti sint praecipites.

Circa haec verba vide. D. Tho. 22. q. 6. ar. 4.
 ubi optime de iudicio, quod ex suspitione pro-
 cedit, disputat. Et nota quod maiora iudicia,
 et efficaciora argumenta esse necesse-
 saria ad hoc quod iudicium exterius non
 sit temerarium, quam ad excusandum inte-
 rius a temeritate: ad iudicandum enim ali-
 quem exteriori iudicio debent iudicia, et tes-
 timonia esse efficacissima. Unde merito
 Sixtus Papa Episcopis Hispaniae sic ait, et
 habetur in cap. si quis. 30. q. 8. Incerta ne-
 mo Pontificum iudicare praesumat; et quae-
 vis vera sint, non tamen credenda, nisi, quae
 certis iudicijs comprobantur, nisi quae mani-
 festae

festo iudicis conuincuntur, nisi que in iudicis
ordine publicantur. Idem docet Cleutherig.
 Papa, in .c. nullum ead. causa et q. Cuius
 rationem reddu Jurisconsultus in .l. absente
 ff. de penis, quia multa genus, inquit, est inno-
centem condemnare, quam noxentem impuni-
tum relinquere. Vide. cap. affectu. multi gla.
 sum, et .c. Litteras, de presumpt. et glori. ubi
 dem, et maxime super. cap. Litteras. de off. ve
 hementem, et .l. obseruare. C. quorum appellat.
 timoribus non recipiantur. Bene etiam inquit
 Greg. nullatenus lenitate est. Immo nec suf. 141
 fuit ad puniendum particularis scientia
 requiritur publica, sed sapientia. Pontifex dicit
Sed causis prius diligenter veni-
latis, cum res, que ignorabatur ad
nobis pleniter venerint etc.

Circa hac verba est aduertendum, quod nullus
 Iudex potest reum punire ex sua propria volu-
 ri scientia, maxime non citatum, aut defen-
 sum. Patet ex dictis, quia nemini licet pre-
 termittere in iudicando solemnitates, que
 sunt de iure naturali, vel diuino. Vide So-
 lum lib. 5. de just. et Jur. q. 1. ar. 3 et q. 4.

Et sic facit illi qui vtriusque
 auctorem alteri partem
 tribuunt dicunt pre-
 sentem in memore facti mag-
 ni scilicet Alexandri qui cum
 accusatione quendam au-
 dieret alteri sua manu
 texit aurem, eadem hanc
 atq. integram se res ses-
 uare dixit.

Et dicit Vlpran-
 mil. illicitas s. veri-
 tray ff. de off. presi.
 et probat ex multis
 Couar. lib. 1. varia.
 c. l. n. 4.

de Cognitione

ar. 3. et Coetaneum in Summa verbo homini
 dicitur, Syluest. verb. iudex. q. 1. §. Cordu.
 lib. 1. q. 37. et alios, quas isti referunt.
 Si igitur tantum est apud iudicem scientia pu-
 blica, prohibetne iudici condemnare eum, quem
 particulari scientia innocentem cognoscit, pu-
 blica vero nocentem? Quæstio hæc gratissi-
 ma est, et prælixè satis disputatur à prædic-
 tis Doctoribus: Et relicti varijs Doctorum
 Sententijs duo oportet Superiorem, dum iu-
 dicit personam agit præ oculis habere; Alterum
 est quod ex Charitate, et iustitia tenetur in-
 nocentem liberare omnibus sibi possibilibus
 modis; Alterum est, quod communiore bonum
 præferendum est particulari. His præiacis
 fundamentis, ex priori colligitur, teneri iudi-
 cem ea via atq; ratione, qua communi, et li-
 ne scandalo potest innocentem liberare im-
 pediendo iudicium in casu proposito; Vel
 deferendo illud ad Superiorem; et tandem om-
 nia illa faciendis, quæ ad Veritatem indagan-
 dam maxime esse possibilia: Ex Secundo Ve-
 ro fundamento sequitur, quod si iudex ne-
 quit vitare iudicium tenebitur iudicare se-
 cundum allegata, et probata, et non secundum
 spe

Specialem scientiam, teste D. Aug. et refertur
 28. q. 1. c. omnes ubi dicitur. Bonus iudex qui ni-
 hil ex arbitrio suo facit, sed secundum leges
 et iura pronuntiat. Idem refert. D. Ambros.
 relictus in c. iudicat. 3. q. 7. Vnde D. Thom.
 2. 2. q. 67. art. 1. et q. 67. art. 2. et Alexand.
 Alens. 1. p. q. 39. mebr. 1. art. 4. Satis lib.
 1. de iust. et iure q. 4. ar. 2. Sylvest. verb.
 iudex 2. q. 8. ubi postquam plures refert hu-
 ius sententia rationes; facit hanc fuisse
 omnium antiquorum Theologorum opinio-
 nem etiam Jurisconsulti sequuntur, quos re-
 fert, et sequitur Cocceus in suis relect. lib. 1.
 c. 1. Standum igitur est, non iudicis arbitrio
 sed legi, unde Greg. subdit. β

Tunc divina et humana Lex resti-
tuitur, et tunc secundum quod ibi condi-
tionatur est est?

Verba ista geminam questionem non parva
 difficultatis supponunt. Prima est, an iudex
 teneatur semper secundum legem iudicare?
 De qua disputat. D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 5.
 Altera est, an possit aliquando penam legis
 relaxare? De qua ipse D. Thom. ubi 2. q. 67. ar. 4.
 De cuius mente ad primam questionem respondet

quod aliud esse loqui de verbis Legis, ali-
 ud vero de mente Legislatoris contentis
 Legem. Si enim de verbis tantum loquamur:
 bene sicut contra Legem scriptam iudicare
 id est, contra id, quod verba Legis prima facie
 videntur significare, immo sic toties tene-
 bitur iudicare, quoties severatis verbis ip-
 sius Legis videtur non servare mentem, et
 intentionem Legislatoris, quod. D. Thom. con-
 firmat illo iurisprouti in digesto veteri lib.
 1. tit. 3. l. 25. nulla, de legibus, et. l. si re. 17.
 de legibus. l. non est habitum. C. de legibus,
 et hic Mag. destray cit. in d. 1. nulla. ff. de legibus
 Nulla ratio juris, et equitatis benignitas
 patitur, ut quae salubritate pro utilitate ho-
 minum introducuntur, ea nos duriora inter-
 pretatione contra ipsorum commodum produ-
 camus ad severitatem. Sed nota, quod
 hoc communiter Principi, aut Supremo praes-
 suli concedunt omnes. Ceterum etiam infe-
 riori nequit negari ex illo iuris axioma
 In Legem peccat, qui cumq. Verba Legis im-
 pletur, contra Legis nititur voluntatem. Ubi
 non de Principe tantum, sed de quocumq. iu-
 dice est sermo. Est autem circa hoc inter
 Supremum, et inferiorem grande discrimen,
 quia

non dubium C. de
 legibus c. is comitatus
 de reg. iur. in 6^o

quia ad Supremum iudicem directè spectat
Legem interpretari, et ideo ad hoc ut possit
non quantum ad Verba Legem interpretari,
satis est, ~~quod~~ habeat probabilem coniecturam,
quod illa quantum ad verba cedit in dam-
num reipub. At vera inferiori iudici non
licebit à verbis Legis ~~recedere~~, nisi certu si-
bi constet, moraliter loquendo, ~~quod~~ obser-
uatione Legis quantum ad verba esse in per-
niciem reipub. et adhuc in isto eventu
teneatur Superiorem consulere, si commode
et sine periculo ^{fieri possit} ~~est~~. Hæc autem Suprema,
vel inferior auctoritas est interpretanda
respectu ipsius Legis, ut si dicamus - Summus
Pontifex est Supremus respectu Legis Im-
periali; Generalis autem alicuius Religionis
inferior, et ipse Generalis Supremus est
respectu legum Generalium illius Religionis;
Provincialis vero inferior; et ipse Provincia-
lis Supremus est respectu Statutorum sua
Provincia, nisi aliter in eis explicetur et sic
de singulis.

Ad secundam difficultatem, scilicet, an possit
iudex aliquando Legis penam relaxare? Respon-
detur, quod iudex dupliciter potest impediri
ne Legum penas relaxet. Prims ex parte

accusatoris, qui aliquando habet ius, ut reus
 puniatur ratione illata iniurie. 2^o ex par-
 te Reipub. ad cuius bonum appellat reum
 puniri iuxta legem; in primo casu, inquit
 D. Thom. ubi S. Nullus iudex potest legem
 penas relaxare, quia quisq. tenetur ius
 suum vniuiq. reddere; Potest tamen ac-
 cusator duxerat consentiente. In secundo
 autem euentu, distinguendum est inter iudi-
 cem inferiorem, et Supremum; hic enim
 quia plenariam habet potestatem supra
 rempub. potest. penam legis relaxare quan-
 do videbitur expedire; ille autem minime;
 quia inferiores nequeunt absoluere a pena
 contra legem a Superiore positam. Sic quas-
 tionem absoluit D. Thom. Sed intelligendus
 est regulariter, quia si pena relaxatio fue-
 rit valde expediens bono communi ad huc
 ipso accusatore remente poterit Supremus
 Iudex eam relaxare, ea ratione, qua pri-
 uatum communi Super communi est ante-
 ferendum. Immo et si casus fuerit talis
 ut in eo habere possit locum Epycheya,
 non solum Supremus iudex, sed inferior po-
 terit penam relaxare; quod clarius patebit,
 cum

cum de Epycheya sit sermo. Et tandem tri-
ca penarum relaxationem, quolibet Religio
suas habet leges, vel consuetudines superio-
rum antiquissima permissione confirmatas,
quibus standum est. Praetati enim Religi-
osum, quia potius procedunt ad salutem spi-
ritualem animae imponendo poenitentias,
punitiones ipsas mitigant, vel mutant, vel
remittunt iuxta facultatem in suis Statutis
concessam.

Ceterum si Praetati recte leges interpretati vo-
lunt, vel utendo epycheya, vel penam taxan-
do esse. diligenter considerent, quod quando
iudicium officio funguntur nequeunt punire
peccata pro qualitate eorum, sed pro ratione
voluntatis; nam cum munus iudicis sit, res-
picere bonum commune, illis consulere, tan-
tum habent potestatem puniendi per ordinem
ad bonum commune; unde saepe contingit de-
bere praetatum maiori poena minus peccatum,
quam gravius punire propter scandalum
vel aliud commune nocumentum. Regula
autem illa sacra scriptura iuxta mensuram
delicti, erit et flagellum modicum, loqui tur
de divinis iudiciis cui multa sunt reservanda.

Unde pro hac re iudicē exequenda iudicem oportet
 pra oculis habere celeberrimum Marsallii Juris
 consulti Sententiam, qua sub horum verborum
 contextu habetur in l. respiciendum ff. de penis.
Respiciendum est iudicant, nequit aut du-
rum, aut remissius constituitur, quam causa
deparat; nec enim, aut Severitatis, aut Cle-
mentiae gloria affectanda est; Sed per se
iudicio, prout quae res postulat. Statuendum
est, plane in levioribus causis promores ad le-
nitatem iudices esse debent: in gravioribus penis,
Severitatem Legum cum aliquo temperamento
benignitatis subsequi. Haec ille. Et notanda
Sunt Verba, cum aliquo temperamento, si-
cet enim crudelis est penam, culpa gravitatem
transcendere, non recte vitio tribuendum est
penam minorem esse culpa, prout Deus nostra
peccata puniens facit; qui (ut communi Theo-
logorum axiomate dicitur) Semper punit ultra
condignum. Et similiter in ipsa l. respicien-
dum §. delinquent docetur iudex, quod ad
recta delicti mensuram non solum inspicienda
est nuda delicti qualitas; Sed omnes delicti
et delinquentis praecipuae Circumstantiae con-
siderare oportet; quoniam illa saepe solent culpa
augere, aut minuere, aut prorsus tollere. ut videtur
est per Tiraquel. tit. suo de penis temperandis
§. si q. causas bene temperande de Remota
 remittende adducit aliquando q. penam augere iudicem oportet iustis etiam
 de causis maxime auctoritatis conservande ratione ut docet Vlpianus in
 quid esse §. pena gravior ff. de iud. non in amia.

Remota personarum acceptione
diffinitiva proferatur.

Personarum acceptio his verbis condemnatur, et merito quidem, quia pestima est, et multorum malorum radix, et causa; quia crimen hoc totam iudicij rationem pervertit, cuius forma in hoc consistit, ut debita proportio inter partes seruetur, ita ut unusquisque iustitiam accipiat secundum proportionem ad ius, quod habet, quod tenetur reddere iudex, quia ab Arist. 3. ethic. appellatur custos iusti, et a Cicero lib. de Legibus animata iustitia. Igitur gravis iniquitas est ab ista animata iustitia, ab isto iusti custode iustitiam ipsam perverti; unde merito crimen hoc valde damatur *pro. id.* et regula ^{in iudicij} 12. de reg. iur. in. C. l. si cum dicit §. si arbiter in

Sed quare aliquis iudicatur acceptator personarum prolatu, qui inaequaliter se habet in illis, quae suo relinquuntur arbitrio, ut si remittat vni reo poenam, et non alteri, eodem crimine, et circumstantijs existentibus, vel si dispenset cum vno, et non cum altero in simili causa? et videtur quod non, quia acceptio personarum solum habet locum in delictis. Ceterum praedicta omnia non sunt omnino gratuita, sed debita poenis ea quae

I.

aequitate naturali, quod sufficiens est ad hoc
 ut illa tribuens sine causa, quae ad rem per
 tineat, sit acceptator personarum. Ita tenet
 Soto lib. 3. de iust, et iure q. 6. ar. 5. quem
 communiter sequuntur omnes recentiores;
 et merito quidem; quia usus potestatis, quem
 habet praetor, aut Iudex est bonum quoddam
 publicum ad commodum, et utilitatem subdi-
 torum ordinatum. Ergo ex iustitia distribu-
 tiva tenetur illud dispensare, et applicare
 ad subditos secundum dignitatem cause uni-
 us cuiusq., quod nisi ^{Iudices} fecerint, erant accep-
 tatores personarum; quod fallit in rebus me-
 re gratuitis, ut quando existentibus duabus
 opinionibus aequè probabilibus, nunc iudex una
 sequitur, et nunc alteram in fauorem amici
 tum; vel alia huiusmodi in eorum gratiam
 facit secluso scandalo. Sed merito consulunt
 doctores, quod parce admodum hoc esse facien-
 dum; tunc quia regulariter sequitur scan-
 dalum; tum etiam quia amici affectus fa-
 cile corrumpit intellectum, qui iudicat pro-
 babile esse, quod nullam habet probabilitatem.
 Et notat in super, quod Soto ubi S. facultatem
 hanc superioribus negat, quando sequuntur
 probabilem opinionem relicta probabiliori, quod
 I.

prius dixerat Caieta. in Summa Verb. opinio, et
 Syluest. eodem verbo §. 2. et Conradus in lib.
 de contractib. §. ult. Sed falluntur, quia
 ut ex ipsorum fundamentis constat, iudicantur
 opinionem dici probabilem ex eo, quod in
 eius fauorem adducantur rationes appropinquantes,
 et quod habeant patronos, et defensores, quod
 quidem plusquam falsum est; nam sic pluri-
 mi errores decenter opiniones probabili-
 res. Est igitur opinio probabilis illa, quam
 potest ^{quis} sine reprehensione sequi; quod faciunt
 Viri sapientes, qui eam tenent, et optima ar-
 gumenta, quibus confirmatur. Ergo implicatur
 contraditionem, quod sit probabilis, et non
 possimus eam licite sequi. Et si dicas, et
 si probabilis opinio sit conformis recte rationi
 existimationisq. Virorum prudentium: Ceterum
 quia opposita est conformior, tenetur iudex
 secundum illam proferre sententiam. Sed re-
 spondeo negando consequentiam, quia nullus
 obligatur sequi id quod melius, et perfectius
 est, sed satis est facere quod est bonum.
 Ergo licite potest Superior sequi opinionem pro-
 babilem relicta probabiliori; quod intellige quan-
 do res sub iudice est quantum ad ius, non
 autem quando dubium versatur circa factum;

tunc enim quae dubia sunt in meliorem par-
 tem debent interpretari, ut docet D. Aug.
 lib. 2. de serm. dñi in monte. c. 28. quod etiam
 colligunt Doctores ex illo ad Rom. 14. qui
 non manducat: manducantem non iudicet.
 c. 2. de reg. iuris. l. in ambigua ff. delegibz.
 c. 1. de iur. iuris, c. final. de praesumpt. l.
 merito ff. pro solto itaquam in securiorem
 partem; c. cum ad audiendam, et. c. signi-
 ficati de homicidio. c. illud de clerico excom.
 c. iuuenis de spons. Ex quibus sequitur
 quod in dubijs debet iudicem praesumere pro
 reo, etiam contra fisum; ut notat Bart.
 in l. non solum §. sed ut probari. ff. de non
 operi. numt. Roma. cons. 63. n. 3. et Gram-
 mat. inter const. ciu. cons. 7. n. fin. et idem
 in decis. 18. n. 9. Tenetur ergo iudex re-
 um absoluere, quia illud est benignius
 c. inter dilectos in fin. de fide instrum. c. ex
 literis de probat. Nisi in casu ibi citato, si
 licet quando actor causam fouet ^{faugra} fallaci-
 bilem, intra enim (ut ibi inquit Iustus. 3.)
promptiora sunt ad absoluendum, quam ad
condemnandum; et probatio dubia semper in-
 terpretatur contra proponentem probationem
 ut bene probat Bald. in l. quoties §.
 Signis

Si quis ita ff. de hered. inst. et Bart in l.
inter stipulantes §. i. in fin. ff. de verb. oblig.
et l. si quis intentione ambigua ff. de iudic.
Hypoth. in rub. C. de probat. n.º 380. Abbas
in c. auditis de prescript. n.º 4. Dehis cons.
531. In obscuris enim potius absolute, quam
condemnare debemus. L. favorabiliores ff.
de reg. iur. et in paris interpretatio benig-
nior est habenda ff. l. interpretatio ff.
de paris. §.

Hinc est quod Moyses quæretas
populi etc. usq. ad finem.

Hoc de Moysse exemplo, innuit Greg. Selgus
de omni iudice tam Superiori, quam inferiori.
Moyses enim Supremus erat populi Princeps
et idem patet ex eo quod dicitur in Actibus
nos esse. Nam D. Greg. erat maximus eccle-
siae Pontifex nullum in condendis Legibus cog-
noscent Superiori; et sic docet idem debe-
re facere alios iudices Superiores. Moyses
ergo non ex corde proprio, sed ex Dei mo-
nitu iudicia absolutebat. Discant ergo Pre-
sules Deum, et homines, quibus Deus sapien-
tiam dedit consulere, maxime in gravibus
negatijs, nam ubi erit salus ubi multa coram

prou. 11. et 24. et c. 13. quid umda agit
cum consilio: regitur a sapientia, et c. 20
bonum conditum quamplurimos amate
liberavit, et cap. 15 dicitur. Disipantur co
gitationes ubi non est consilium; ubi vero
sunt plures consiliarij, confirmatur, et quod
 a pluribus quantum sapientibus facilius in
 uentur. c. de quibus dist. 20. c. extra
 conscientiam 64 dist. perfectissima ueritas
 per ampliores homines reuelatur, ut inquit
 l. fin. ^{de ex ecenij} ~~in face~~. de fidei omis. Nam integra
 est iudicium, quod plurimorum sententijs
 confirmatur, c. causam matrimony. c. pru
 dentiam, de off. delegati. l. magistros. C de
 profess. et medic. lib. 10. Unde Eccles. 6. di
 citur. Ne inuidiaris prudentie tue, et audiens
sapiens, sapientior erit. Et celebre est illud
 Salomonis uerbum, qui cum plurima saperet
 non uerebatur, de se ipso dicere. 3 reg. 3. ego
par uulnus sum, et nesciens egressum meum
et introitum meum, et alia tenuis di. Et
 tandem iudex, et quilibet Superior in omni
 bus conetur tenere mediam uiam, et omnia
 cum discretionem agere, que nos uerum omnium
 Virtutum ^{mater} esse ~~matrem~~, unde Poeta dixit
 cum media semper gaudebam ludere forma
 in ciuor enim medijs gratia rebus inest
 inter utriusq; uola media subsicimus, las
 et alibi
 et
 mediu tenere beati

Euenit

 o. p. t. d. l. m.
 Dubius 2.

Cum media tempore quidem habere foras.

Magis enim mediis grati robur inest.

Et alia
Inter utrumque mala, media tibi visus ibit.

Mediam etiam esse sententiam.

Dubium secundum.

An omnis sententia lata in foro

P exteriori, obliget in foro conscientiae?

Pro explicatione questionis est notandum, quod sententia est duplex, alia iusta, alia vero iniusta, vel iniusta. Sententia iusta illa est, quae fertur secundum iustum ius omnibus servatis debitis circumstantiis; iniusta vero est, quae in aliquo deficit. Potest tamen hoc multipliciter contingere. Primum ex perverso affectu pronuntiantis illam; ut quando iudex condemnat reum servato ordine iuris, animo tamen vindicandi se de illo. 2.º quando non servatur ordo iuris. 3.º quando verè, et realiter condemnatur innoxens, est tamen nocens secundum allegata et probata. 4.º quando continet aliquem errorem intolerabilem, ut si praescriberetur aliquod impossibile, vel manifeste malum.

Sed prima assertio. Sententia iusta ita obligat in utroque foro; quod neque ab ea licet appellare

Ut in dubio sequenti Latē explicabimus.

- 2.^a assertio. Sententia iniusta ex perverso affectu pronuntiantis obligat in conscientia, si aut iusta, tunc enim sibi irrogat iniuriam iudex, et non reo, respectu cuius iustitiam servat.
- 3.^a assertio. Sententia est tantum ratione iniusta quia pratermittitur ordo iuris, non simpliciter necessaria obligat in conscientia, patet quia est iniusta per accidens; et id quod est per accidens non variat quod est per se. Hæc Veritas colligitur ex cap. Intra approbante qd. de Sent. excom. et ex c. Biduum. 2. q. 6. et communiter recipitur a Doctoribus.
- 4.^a assertio. Sententia ea ratione iniusta, quia pratermittitur ordo iuris simpliciter necessarius, ut si lata sit contra inauditam, vel indefensam partem; vel a non iudice, vel a iudice notorie excommunicato, etc. non obligat in conscientia. Patet, quia talis Sententia non per accidens, sed per se est iniusta, sed iniusta Sententia per se non est Sententia, ergo ex illa nulla nascitur obligatio in conscientia. Vide Abbatem in cap. 1. de Sent. et re iudic. ubi plures refert casus, quibus manifestum reddit illud Gratiani. 2. q. 6. c. ei qui appellat ^{quem sententia} dicentis, quod Sententia ultra solitum ordinem iudi

inductum a Praxide prolata auctoritatem rei
 iudicata non obinet, et paulo inferius, Si
 Sententia contra ius scriptum feratur, nulli
 vires obinet, nec contra eam est necessari
 um auxilium provocacionis. l. i. §. Item cum contra

Quinta assertio. Sententia iniusta ex causa, sic ne rescindatur,
 si que senten-
 tie sine appellatio

est quando condemnatur in proleis servato
 tamen recto iuris ordine: non obligat in con-
 scientia, Patet ex communi Theologorum, et Ju-
 ristarum axioma; Sententia lata in foro ex-
 teriori obligat in conscientia, nisi fundatur
 in falsa presumptione; Sed predicta senten-
 tia iniustam continens causam fundatur in
 falsa presumptione; ergo non obligat in con-
 scientia: Et confirmatur, quia ut docet. D.
 Th. 22. q. 67. a. 1. Sententia, et iudicium
 iudicis est quedam Lex particularis in par-
 ticulari eventu, et in particulari casu lata.
 Sed Lex, quae continet causam iniustam non
 obligat in conscientia, ergo nec Sententia par-
 ticularis

Sexta assertio. Sententia ultimo modo iniusta
 quia scilicet continet errorem intolerabilem in
 nullo foro obligat. Patet eisdem rationibus
 quibus probata est quarta assertio. Et talis
 Sententia merito dicitur a Juris peritis Simph

citor nulla, ergo in nullo foro obligat; quan-
 do vero continet errorem tolerabilem non
 nulla, sed iniusta appellatur; et tunc est
 valida et tenenda ut habetur cap. sen-
 tentia. 11. q. 3. et executioni mandanda
 est, ut habetur in cap. pastoralis de offi.
 deleg. Et hactenus de hac re, licet enim
 circa materiam de iniusta sententia solent
 Doctores plura dicere, distinguendo de cau-
 sis profanis, et ecclesiasticis, ~~hac~~ ad nostram
 disputationem minime spectant. §

Dubium Tertium.

An Religiosis liceat appellare?

Quæstio hæc difficilis est valde, et sinuosa,
 et quia unum querit, et multa supponit.
 oportet, ut debito procedamus ordine, prius
 explicando quæ ^{sup}supponuntur ad titulum quæstionis.

Primo igitur est advertendum, quod appella-
 tio nihil aliud est quam provocatio à minori
 ad maiorem, siue ad superiorem; ut docet
 cap. omnis oppressus, et. c. Si quis, et. c.
 placuit. 2. q. 6. Hæc autem appellatio
 siue provocatio quantum ad substantiam
 est de iure naturali, cum sit defensio
 quædam

quaedam, sicut praesidium innocentiae, quod
 etiam excommunicato conceditur, et cum in
 hoc, de exceptionibus, laterum quantum
 ad formalitatem, est de iure positivo, ut
 habetur in l. unica c. de sentent. quae factae, et
 est introducta ad iniquitatem, vel imperi-
 tiam iudicis corrigendam, et ad supplendum
 quod incaute in prior iudicio fuerat dim-
 missum. Ad hoc ergo de substantia appel-
 lationis inter cetera, quod appellatio ad
 maiorem, unusquisque enim, ut se suam de-
 fendat ea de re, utq; beneficium ^{ficio} uti potest,
 quod si ratio naturalis non vetat, et cer-
 tum est rationem naturalem non prohibere
 ut a minori ad superiorem procedatur, quia
 de re iniquitate, sicut imperitia inferioris
 gravatur, immo valde consonum est ipsi
 rationi naturali; quia nullus inferiori obe-
 dire tenetur, nisi quatenus ipsi superiori
 subalternatur; et ideo iudicium est, sicut et
 consensus naturalium, quarum, quaedam
 alii in suis inflatibus sunt subiecta. Ad
 formalitatem autem appellationis multa
 spectant, tam de iure communi, de quibus
 agunt Doctores in hoc titulo de appellationibus

gulariter, quia quoad effectum suspensionem,
 non semper itum operatur appellatio, quae
 tamquam sit legitima; ut quando de visita
 tionibus, aut morum correctione agitur, iux
 ta decretum Sacrae Tridentinae Synodi. c. 24
 c. 10. de reformatione; et in sententia con
 surae excommunicatae, quae propter sequentem
 appellatorem, non suspenditur, sed appella
 tio tunc solum operatur effectum devota
 rium, devolvendo causam ad Superiorem
 Cap. 20. de fin. de sent. excom. in 6. et
 cap. ad hoc quoniam de appellat. quod
 intelligi quando tales sententiae sunt in
 flictae, quia secum trahunt executionem, se
 cundum verum si sub conditione sunt inflictae, ut
 si gratia, si iudex sententiam excommunicati
 onis, vel suspensionis infert contra non sol
 vantem intra spatium duorum mensurum,
 et reus ante conditionis eventum legitime
 appellaverit, bene suspendit, ut in cap. pra
 terea c. 2. de appellat. Appellatio vero
 extrajudicialis, si est probabilis ipsam cau
 sam ad Superiorem transfert, ut ea pendente
 nihil in ipsius praesidium attentetur, et

qualiter haec appellatio annullat post facta
 seu iudicialis: explicat bene Sylvester
 Verbo appellatio q. 2. de mente Innocentij
 in c. ex parte d. 1. de Verbo. signif.
 Sed quia aliqui praedicta capita, is cui, et
 ad haec omnia, plus iure extendunt, ita
 ut credant suspensionem, a voce activa,
 vel passiva, et alias etiam suspensiones,
 non suspendi per legitimam subsequentem
 appellationem; placuit advertere, quod haec
 generalis esse regula in utroque iure nobis
 man. Omnis legitima appellatio suspendit
 Sententiam, et eius effectum; cap. Venientes
 de iure iurando. l. 1. ff. ad Turpilianum,
 etiam si secum trahant executionem. l. fur
 ti ff. de his, qui notantur infamia: et a
 regula iuris non est recedendum, nisi quo
 ad ea, quae inveniuntur excepta in ipso iure.
 Ceterum in ipso. c. is cui. de Sent. excom.
 solum agitur de ista, sicut in dicto cap.
 ad haec, solum agitur de interdicto, quo
 interdicitur ingressus ecclesiae, vel aliquod
 huiusmodi officium, sed reliqua suspensio
 nes, ut a voce activa et passiva etc. non
 Suspend

Suspendunt à divinis; et ita sicut interdicitur
 ingressus possessionis agri, vel beneficii, vel
 possessionis eius, vel aliorum actuum, qui
 non tangunt animam suspenduntur per ap-
 pellationem, ut communiter testantur Do-
 ctres in dict. d. pñ. et in dict. cap. ad hoc:
 ita Suspendio à voce activa, et passiva sus-
 penderetur per illam, nisi adsit specialis
 alia ratio, ut infra dicemus, cum de Regu-
 larium appellationibus sit sermo.

4. est notandum, quod predicta omnia sunt esse
 intelligenda de appellatione legitima, et iusta
 minime vero de finiosa, et iniusta, qualis
 est illa, qua quis à iusta sententiâ appellat.
 Unde. D. Tho. 22. q. 63. ar. 3. inquit. Cui
causa differenda, aut repellenda iusta senten-
tia ad Superiorem appellat, peccat; quia cer-
tum est, quod sicut imponere quicquam Res
est calumnia, atq. peccatum, ita etiam im-
ponere iudici, et qui subdole et dastre ap-
pellat obedientiam iudici debitam violat,
et re ipsa illi factum imponit, scilicet quod
Sententiam iniustam tulerit, et insuper ob-
ijcit illi impedimentum ne suum munus
prosequatur, que sine iniuria fieri neque-
unt, qua propter in cap. quicumq. 2 q. 6.

præcipitur, ut tales appellationes non re-
 cipiuntur. Harum meminit D. Bernardus
 lib. 3. de consideratione ad Eugenium, ubi
 ait, quod non gravatus appellat; liquet, quia
aut gravare intendit, aut tempus redime-
re: non est autem suffugium appellatio,
 Sed refugium, e. cum appellationibus fru-
 stratoribus, de appellat. lib. 6. et l. in fundo
 de rei vindicta. et l. 6. de iure fisci, lib. 10.
 C. Theodosians. Simile habendum est indi-
 cium de appellationibus, que frustratorie
 aut mortorie dicuntur; et sunt illa, que
 morandi causa interponuntur. l. tutor ff.
 de tutoris, et l. 1. et 4. Harum meminit
 Julius Paulus lib. 5. sentent. tit. de redimen-
 dis causis. lxx. ubi late probat has provo-
 cationes mortorias, et frustratorias non tam
 appellationes, quam iudificationes vocari,
 nec sunt ullo modo recipienda. lib. 11. C.
 Theodosians, et ratio in promptu est, quia
 nemini licet ab inferiori iuste condemnato
 ad Superiorem appellare, ea nimirum spe
 ducta, quod Superior, vel favore, vel quia
 adversam habet iuris opinionem seu
 cabit sententiam; vel tali dilatione poterit
 se ipse evadere; statim enim ~~quod~~ aliquis
 certus est

certus est se merito fuisse condemnatum, si
 per appellationem iudicium eludat, facit con-
 tra iustitiam. Unde in tantum leges tam Ca-
 nonicas, quam civiles odio habent huius
 modi appellationes, seu verius fraudes, quod
 non solum intro duxerint penes contra ap-
 pellantes. c. omnino. 2. q. 6. ^{sed adh} ~~ut~~ sed etiam con-
 sentur fieri incuria iudici, a quo fraudul-
 se appellatur, adeo ~~quod~~ ut possit iudex age-
 re actione iniuriarum, ut est glossa singularis
 in glos. fin. l. final. C. quando provocat. non
 est necesso. Vide Gemini. in. c. cum appel-
 la^{tionis} de appellat. in. 6. col. 2. Veri. quero, et
 Felin. in. 2. de appellat. col. 1. quia omnia sunt
 intelligenda quando sententia manifeste est
 iusta: ceterum in re dubia tutius est appella-
 tionem admittere, ut Late probat Debus, et
 multi alij ab eo citati in. c. de prior. n. 1. de
 appellat. quia melius est differre iudicium
 quam defensionis facultatem reo auferre. c.
 ut debitus de appellat. et. l. defensionis
 C. de iure fisci lib. 10. Paulus in. l. 1. ff. si
 quis cautionibus, et Sotinus Senia cons. 300.
 lib. 2. Verbi gratia, a pena legis non admitti-
 tur appellatio, ut in. l. qua pena. ff. de verb.
 signif. et. c. per nos de appellat. glos. in. cap.

Super his, de accusat. v. arbitrium. Ceterum
 bene licebit appellare à promittitione, et de
 claratione ipsius legis, hoc est aliquam inci-
 disse in eam, si constat eum non incidisse, vel
 est dubium, iuxta glosam in cap. cupientes §
 quod si per viginti v. privatos de elect. l. 6.;
 quod facile intelligitur si præ oculis habentur
 duo, quæ supra probauimus. Alterum est; quod
 in dubijs fauendum esse reo, et benigniore partem
 esse tutioris; Alterum vero; quod appellatio non
 solum esse introducta ad iniquitatem, vel impe-
 ritiam iudicis corrigendam, sed etiam ad sup-
 plendum quod incaute in priori iudicio erat o-
 missum. Unde considerandum est, quod appel-
 latione ^{feri} ad superiorem, qui sæpe potest sine præ-
 iudicio tertijs partem mitigare, aut dispensare;
 et similiter in sententiâ mortis, aut grauissi-
 mi dispendij quando ipse placandi partem le-
 sam, et cum illa conueniendi appellatur; quod
 vidimus sæpe fieri etiam ex proborum consilio
 impetrato iudicis consensu. Et hinc est, quod
 licet sæpe superiores inferiorum sententiam con-
 firmant, raro illam aggravant, vel appellantes
 puniunt; quia non ita facile de malitia constat;
 Et tandem qui propriam intendit defensionem

dignus est venia si aliqua laborat ignorantia;
 Indignus autem qui alter est, et animo offen-
 dendum a iusta appelleret sententiam; et quilibet
 alius, qui demptis præditis executionibus ap-
 pellationem finitiam iniustam, vel inordinatam
 interponit contra iustitiam factam, et lictalis
 culpa reus est, et tenetur ad restitutionem om-
 nium damnorum, quæ ex tali appellatione fue-
 rint sequuta

Quinto est advertendum, quod in omnibus casibus
 in quibus appellatio non recipitur; ad mittitur re-
 cussus ad Superiorem, hoc enim nemini potest
 denegari ut ^{de} ~~de~~ docet cons. 533. n. 2. ubi ait
 communem esse Doctorum sententiam Statutum non
 rejicere recusum ad Superiorem, quamquam ap-
 pellationem rejiciat. Idem tenet Jas. cons. 16. in
 fine lib. 3. et Ruinus cons. 157. n. 6. lib. 5. et
 Parisius cons. 118. col. 1. lib. 2. et Rolan. a
 Valle cons. 94. n. 3. 4. tit. 1. et alios, quos
 refert, et sequitur Menochius de arbitrarijs ju-
 dicial. lib. 1. q. 70. n. 24. et 25. Et tandem plu-
 res sunt differentie inter recusum, et appella-
 tionem, ut notat Jason in l. si quis adiectus. l.
 de præcibus. Impera. Offendij. et Boc. l. 234 /
 n. 5. Sed, quæ ex his ad regulares spectant

clarius innotescant aliqua infra breviter annotabim.
 His praesuppositis est modo difficultas an Religi-
 osis liceat hoc appellationis remedium uti sicut
 aut ceteris?

Partem affirmatiivam defendunt multi, et non
 leuibus nituntur fundamentis. Probatur enim
 primo, quia appellatio est defensio ut proba-
 tum est ex l. 1. ff. de appellat. et ex c. cum
 inter de exceptio. Sed defensio, quae iure na-
 turali debetur nemini est deneganda. Cle-
 ment. Pastoralis, & ceterum de re iudicata, l.
 ut vim ff. de iust. et iur. ergo et c.

2.º quia quislibet à qualibet sententià potest
 appellare, nisi prohibeatur iuxta glossam vlti-
 mam ^{in fine} communiter receptam. in l. qui resti-
 tuere ff. de rei iudic. et nullo iure commu-
 ni prohibentur regulares appellare, immo in
 c. de priore de appellat. grauius iubetur puni-
 ri Prior, qui appellationem non admittit, ex
 cuius glossa colligit Detrus, quod non solum po-
 test appellare Religiosus in causa civili, et
 criminali, sed etiam in causa correctionis,
 in qua regulariter etiam Secularis prohibetur
 appellare iuxta cap. licet de offic. ordin. Si in
 modo correctionis excedatur, cui glossa est
 alia

alia similis in d. c. licet, et notat Panormi-
tanus communiter receptus vtiliter, nam cor-
rectio debet esse moderata, alias ad Superi-
orem recurri potest, ut Bal. docet per illud
textum in. l. 2. §. dominorum ff. de his, qui
sunt sui vel alieni iuris ~

3^o probatur haec sententia ex decretis Martini
X. in. c. ad Romanam. 1. 2. q. 6. et Zepherini
c. ad Romanam. 2. eadem causa et q. ubi oppres-
sis omnibus conceditur appellare ad Sanctam
Sedem Apostolicam, nec ab hac concessione re-
peditur nequam Religiosus exclusus, nec debent
esse peioris conditionis, quam ceteri, immo Longe
minus, siquidem multa privilegia, et immunita-
tes amplissima sunt eis concessa. c. 1. depri-
uileg. in. 6. et alibi saepe. Et confirmatur ex
Constitutione Greg. 13. lata die 3. Aprilis 1578.
qua nostri ordinis Fratres interdicitur ad se-
cularium quemlibet appellare, sed ad suos Su-
periores, vel ad Sedem Apostolicam. Idem pra-
cipitur Fratibus Sanctae Mariae Seruorum per
Constitutionem. D. N. Clem. 8. Latam. 18. februa-
rij. anni. 1593. ergo etc.

4^o arguitur, quia ut supra late probauimus
notabili 4. in d. h. debet appellatio a iudice concedi

ergo non debet Religio denegari, quoniam prædicta
 fundamenta, saltem reddunt Sententiam hanc
 valde probabilem. Et confirmatur, quia eam
 tanquam Veram amplectuntur, et defendunt
 Decius, Panam. et Balb. ubi S. quos sequitur
 Nauar. in c. nullum ib. g. 2. n. 51. et de ap-
 pellatione Regularibus in c. cetera, vel vetita, et
 Lib. 2. Consiliorum et de appellatione cons. 8.
 an. 6. et Folleus in c. 36. de ordine pro-
 cedendi contra Monachos n. 22. et 24. Tho-
 mas Trinitianus. de modo criminaliter pro-
 cedendi inter regulares. c. 19.

Ad Apostolica autem privilegia, quibus Bonifa-
 tius 8. et alij Romani Pontifices Religioſis ap-
 pellatione prohibent, respondent huius sententia
 Secretares debere intelligi, de appellatione, et
 correctione, et mandatis Regularibus legitime
 factis; Secus autem si in correctione excedatur
 aut Sententia fuerit iniusta, quia tunc cum
 appellatio sit quedam defectio naturalis ut dictum
 est; non est presumendum Pontifices Sumos
 aut ipsorum Regularium Statuta eam tollere
 voluisse. Hactenus de parte affirmativa.

Contrariam Sententiam, quod scilicet Religioſis
 interdicta est regulariter appellatio defendunt
 magis nominis Viri fore omnes scilicet auto

res Summarum Verbo. appellatio, quos sequuntur
 Petrus de Bostino Magister fr. Dominicus Solo,
 fr. Petrus de Aragon, fr. Ferdinandus del Castillo
 et alij multi, quorum Verba, quibus conantur
 probare hoc esse conforme Regulis Sanctorum
 Patrum infra fideliter referam.

Primo igitur probatur hac Sententia ex ipso iu-
 re communi. c. ad nostram. de appellat. Ub. A
 lex. 3. Abbati Sancti Petri sic ait. Quia vero
remedium appellationis, non ideo est inventum
ut aliquid a Religiosis, et ordinis observantia
exorbitanti debeat in sua nequitia peccatorum
exhibere: mandamus, quatenus, si quando qui
libet Subditorum tuorum ad remedium appella-
tionis conuolauerit, non ^{ideo} minus eum iuxta teno-
rem mandati, quod in praedicta regula continetur
et institutionem ordinis corrigas, et castigas.

Item in c. reprehensibilis eod. tit. postquam Pon-
 tificex interdicit Subditis appellare contra discipli-
 nam Ecclesiasticam, hac ait. Praecipue vero
hoc in Religiosis volumus observari, ne Religiosi-
um pro aliquo excessu fuerint corrigendi con-
tra Regularem Praelati sui, et Capituli disci-
plinam appellare praesumant; sed humiliter,
ac deuote suscipiant, quod pro salute sua

fuerit eisdem in iudicium. Item in c. cum spe-
 ciali eod. tit. postquam Innocentius B. duas pro-
 fert Constitutiones, alteram pro recusantibus
 iudicem, alteram contra appellantes iniuste,
 et in fauorem appellantium iuste, et cum
 in dubijs, hac subdit. Ceterum has duas Con-
stitutiones premissas non sumus ad Regulares
extendi contra duas Speciales obseruantias, quod clarig.
 2^o probatur hac Sententia innumere. Sedis Ap-
 postolice priuilegijs, quibus Regularibus inter-
 dictum appellatio, et eorum Superioribus con-
 ceditur, ut omni appellatione postposita pro-
 cedant. Hoc manifeste concessit Bonifac. 8.
 et postea Sixtus. 4. ut habetur in Compendio
 Mendicantium verbo Appellatio §. 2. et verbo
 Generalis §. 10. et in Compendio Societatis Iesu
 verbo correctio §. 3. et verbo Monachus §.
 5. et 7. et in priuilegijs Prædicatorum fol. 66.
 Et idem concessit Julius. 2. Congregationi
 Montis Osluetti priuileg. 31. et Innocent. 8. Cis-
 tertiensis, et Eugenius. 4. Congregationi S.^{te}
 Juliane, priuileg. 51. Alex. 3. et Inocen. 3
 et 4. Cartusianis.
 Et si dicas, quod priuilegia solum loquuntur
 de appellatione a iusta correctione et sententia.
 Contra arguitur, quia ad hoc nec Regulares
 ali

aliqua noua indigebant prohibitione; nec eorum
 Superiores privilegio; si quidam omnes Iudices
 hoc habent ex iure communi, et eodem iure
 iuris et naturali tenentur inferiores iuste
 parere sententia, et correctioni. Privilegium
 autem et Principis beneficium contra ius
 commune indultum, id patet ex argumento
 eorum, que notantur in .c. Abbate, de Verborum

resol. dictum est
 privilegium qua
 si privata lex c. pp.
 uilegia dist. 3.

Signif. Verba enim privilegiorum debent in
 tellegi, ut semper aliquid operentur; alias
 frustra Pontifex privilegia concederet, et e
 ius concessio illusoria redderetur: que tamen
 illusoria semper euitanda venit iuxta textum
 in .c. in his de priuile. ubi Abbas. n. 2. et .c. si
 Papa eod. tit. lib. 6. ubi glossa in verbo, debe
 ant, et Saté Felix. in .c. fin. n. 5. de rescript.
 .c. Abbate de Verborum Signif. n. 6.

3. huic sententia maximè suffragantur ille met
 urgentissima causa, que in predictis indultis
 recensentur, quibus constat hunc Pontificem
 Summopleno animo, et consilio scopum fuisse, ut
 scilicet communi paci et quieti Religionum
 consulere. Item, ne Religiosi se seculis pro
 duant cum irreparabili totius Religionis de
 trimento. Item quia si aliquis, aliquantibus

gravaretur; rarissime contingeret, et Religio-
 nis Statui proprium est tollerare, improprium
 vero ligare. Item quia incedit a cor-
 rechio facilius, et dulcius a Superioribus miti-
 gatur, si tanquam paterna humiliter reci-
 piatur; hoc enim humilitatis medio etiam a-
 iusti panis se quotidie liberant Religiosi.
 Item, quia si aliqua res incommoda sequun-
 tur, commune bonum particulari est prefe-
 rendum, Et tandem sicut Religiosi multis
 iure natura concessis cedunt, cum se Carita-
 tis, paupertatis, et Obedientiae votis Deo ad-
 dixerunt; sic huic appellationis iuri videntur
 renuntiasse, postquam Legibus apostolica
 autoritate in Religione editis eis interdictionem
 appellatio; et harum rationum meminerunt
 praedicti Doctores, qui huic patavinantur Sen-
 tentiae quorum verba promissi fideliter refe-
 renda, quibus facile contrarium argumen-
 tis fit.

Magister Soto lib. 5. de iust. et iur. q. 6. ar. 3.
 Hinc ait. Si sacratanis num licitum sit, et concedere
Religionum familias in hiis ut appellare pro-
hibeantur; apparet enim id neg decere, neq.
Vero licere, tum quod praecipue in causa capiti
 tanto

tametsi nos natura admonet ut defendamus
 nemo debet naturali beneficio orbati, quod se
 tueri potest, cum etiam, quod de appellatione
 2. q. 6. cap. ad Romanam Christianis Variis
 his hoc indulgetur beneficium, ut quoties se
 quisq. premi senserit ad Romanam sedem tan
 quam ad caput prosecutione confugiat: Post
 detur nihilominus perquam sancte abigi ap
 pellandi Usus in Religionibus; nam et si fortis
 se accedere quandoq. possit ut Monachus ali
 quis iniuria Lesus affligatur; tamen ex alia
 parte talia damna (quae rarissimè contingunt)
 pace et quiete compensantur; necius enim
 et decus Religionis in hoc maxime consistit
 ut altissimo inter se silentio omnia veluti in
 ter fratres, quae sua est profectio planiter trac
 tent, et transigant; neq. se seculo prodant,
 etonim ubi primum Religionis causae claustra
 rum metas exierunt: actum est de illis, quae
 circa institutiones ipsas sic Pontifices confir
 marunt, ut appellationes prohiberent, non quod
 per hoc Sumis ipsis Pontificibus obedientiae
 quicquam sit ademptum, (quicumq. enim quan
 vis inclusus Monachus ad ipsum appellauerit
 tunc id faciet) Verum quod sic consuetum est

Religionum incolamitati. Hubertus Dominicus Soto.
 Magister Aragon, in 22. D. Tho. q. 69. art. 3.
 post multa sic ait. Sed dico, quod ex Levibus
 quibusq. preceptis, aut sententijs appellare, easq.
 extra Religionem deferre, aut etiam ex gra-
 vibus premissis eandem Religionem Su-
 perioribus, ad quos immediate spectat tali-
 um rerum cognitio, sine maximo totius Re-
 ligionis detrimento fieri non posse, et si sin-
 guli tunc etiam cum periculo propriae vite
 atq. honoris tanquam partes reipub. tenentur
 bene natura eius saluti; atq. incolamitati con-
 sultare, ut omnes Doctores tam Theologi, quam
 Philosophi concedunt, de quo et etiam a no-
 bis in Superioribus dictum est; quanto magis Re-
 ligiosi perfectissimam vitam profitentes idem fa-
 cere cum astricti; nec pronavocationes, ad
 extraneos iudices etiam cum aliquo proprij
 honoris detrimento fugere tenebuntur, ne totius
 Reipub. tranquillitas atq. pax perturbetur?
 Bene potest contingere, ut ex provocacione ad
 Summum Pontificem, vel eius Nuntium, aliamus
 privati hominis iniuria impediatur: hoc tamen
 bonum addeo exiguum est comparatione ad
 damna, quae ex huiusmodi appellacionibus con-

consequuntur, ut quisquis illius iacturam pa-
bi potius debeat, quam illa subire. Hæc Ma-
gister Aragon.

Magister vero Petrus Ferdinandus del Salillo
primæ parte Croniconum Beati Patris Nri Do-
mini Lib. 2. c. 3. referens aliqua, que fuerunt
peracta in quodam capitulo Generali illius Re-
liquis Parisijs celebrato anno. 1228. hæc ait.
Et quod attinet ad appellationes etiam laicis
est sub gravissimis penis ne eis in perpetuum
utentur Religiosi. Qui cum Religionem non
ad litigandum, sed ad tolerandum ingressi sint:
indigne se gererent, si via appellationis a su-
pioribus ordinariis Prelatorum pateret re-
cursum; et illa crimina euaderent impunita,
qua celebri executione deberent exequi, si inex-
lecta reorum appellatione possent impediri; Et
prestat particularem religionum aliquando in-
iurias pati, quam tanta addita discordiarum
occasione (quas appellationes parerent) ab
inurijs, et damnis vindicari sacra Monaste-
ria Cancellariam nomine deformando, cum
ita se res habeat, quod Religionum guberna-
tio patris sit inter domesticos, ubi ecclesiastica
Supplicia nihil melius possunt vindicari, quam
si tanquam paterna humiliter recipiantur.

qua quidem appellaciones (sunt de facto Romæ) tam
 quam presentissimum remedium à iureposito
 ut iniurijs affecti ad superiores recurrentes libe-
 rantur. Unus quisq; nihilominus potest hunc iu-
 ri cedere: Ergo ubi Religiosus in aliqua Re-
 ligione emittit professionem, sequi illius constituta
 homibus, et legibus astringit (qua leges, et cons-
 titutiones hanc recursum denegant, cumq; non nisi
 in capitulis, et visitationibus concedunt) constat
 eum, qui sic profectura suo ipsi privilegio, et
 naturali favore renuntiare, eo prorsus modo
 quo in emittendo castitatis voto ducendi vto-
 rem iuri renuntiat; nec potest in matrimonij sta-
 tu vitam degere; Similiter et in paupertatis vo-
 to libertati renuntiat, quæ sibi iure naturali
 concedebatur, ut bona, et redditus possideret, me-
 dijs à iure positjs; et in paupertate vivere te-
 netur; et per votum obedientiæ libertati sibi
 à iure concessæ cedit, et aliorum voluntati sub-
 mittitur: Sic igitur se res habet in appellatio-
 nibus, postquam Summus Pontifex Bonifacius
 8. per literas apostolicas à se Romæ anno Dni
 1312. expeditas, eas prorsus abrogavit, et in
 generali Capitulo Cucerisensi anno Domini
 1312. prohibentur, et abrogantur, et in sanctis

tionibus, et Statutis ordinis Predicatorum prohibita et caute fuerunt anno 1228. Sub excommunicationis lata sententia pena; quae appellationis prohibitis vim legis habere cepit tempore huius Generalis patris, scilicet Jordan, et a Sede Apostolica approbata, et confirmata fuit. Haecenus doctissimi viri.

Et quomodo de hoc tantae robustissimi viri huic suffragantur sententiae, et quantis urgentissimis rationibus illam ut certam persuadere conantur, desumptis equidem ex ipsius Apostolicis privilegiis appellationes interdicentibus, in illa intuenti facile patebit. Horum sententiae adhaeret cum alijs multis Dom. Victorinus Maso Aurtano in sua institutione modo procedendi in causis Regularium c. 7. n. 9. ubi meminit alterius privilegij Greg. 13. sua Religioni concessi. Et haecenus de opinionibus.

Restat nunc certa ab incertis discernenda quaestionem absolueri aliquibus assertionibus.

Sit prima assertio, de qua nemini licet dubitari. Omnis Regularium appellatio a suis Praelatis ad Iudicem Secularem, etiam Regem, aut eius Ministros sub quovisq. praetextu iniquissima est, et prohibita sub excommunicationis sententia in Bulla Coenae contenta. Nec veritas

ista aliqua indiget probatione.

2^a assertio. Iniusta et frivola appellatio omnibus est interdicta; quo fit ut Regularium inferiores non teneantur illam admittere, sed possunt, immo et debent sententiam executioni mandare, quod patet, quia ipsum commune; immo et naturale ius omnibus Iudicibus concedit ut probatum est supra notabili. 4^o. Et haec etiam assertio est omnibus certissima. Oportet ergo investigare de speciali facultate, quam Religiones habent virtute praedictorum prius Legiorum ad innovandum iura illa, quae legitime appellantis in iure communi conceduntur.

3^a Assertio. Virtute praedictorum Privilegium immo ex ipso communi iure Religiosi possunt leges condere prohibentes omne genus appellationum in rebus Leibus, quae ex antiquissimo Religionum usu in suis Capitulis, vel alibi sine aliqua iudicij forma a superioribus corriguntur. Haec veritas ab omnibus concessa ex dictis manifestissima est, alias nihil in Religionibus saluum, integrum, et insolum persisteret, nec ordinum nomine digne se haberent, sed confusio, et perpetua discordia.

4^a assertio etiam omnibus certa. Praedicta appropria indulta facultatem minime concedunt

Condendi

conderendi Leges, quibus Religiosis prohibea-
 tur recursus ad Superiorem, de quo egi-
 mus in quinto fundamento; hoc enim est
 illud, quod appellatio habet secundum ius
 naturale, contra quod nulla est potestas, ut
 probatum est in secundo fundamento. Licet
 ergo prohibeatur gravatis in aliquo euentu
 recurrere per viam appellationis, nemini
 tamen denegari potest recursus ad Superiorem
 per viam simplicis querela, vel humili, et
 prompto animo ut veniam consequatur, ut
 notat Panorm. et alij in cap. cum dilect. de
 appellat. Est tamen valde advertendum, quod
 plurimum interesse inter ipsum recursus ad Su-
 periores, et modum recurrendi; primum enim
 est de iure natura, et non potest alicui prohiberi;
 secundum vero minime; et sic possunt Religi-
 oses Leges statuere circa modum recurrendi.
 Sicut Sacra Tridentina Synodus statuit Id.
 28. cap. 4. de reformat. Ne liceat Regularibus
à suis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad
Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi,
aut vocati fuerint; qui vero sine prædicto
mandato in scriptis obtento reperiatur fuerit,
tanquam desertor sui instituti puniatur. Hac
 tenus Synodus. Eadem quomodo nullum prohibet

A hinc inde discursibus
ad libitum

recursum, sed presentiali recursum modum ad
habet, convenientissimum qui dem, ut Regu
larium, vaguationibus Vitatis, ipsorum qui
et, modestie, et debite obedientie consule
ret: Sicut Sacra Cardinalium congregatio
modum ad hunc appellatiōem habens anno
1587. quod appellatio hoc ordine prosequatur
a Quoadiam ad Provincialem, a Provinciali
ad Generalem, a Generali ad Protectorem,
a Protectore ad Sacram Congregationem: et
etiam ista appellatio est permessa in prescrip
tionibus Pap. Sixti. S. 22. in 2. p. Bullarij,
que incipit. Ad Romanum expectat Pontifi
cem anno. 1588. Utaq; sicut aliud est ap
pellare, aliud vero modum ad habere appel
lationi: ita aliud est recurrere ad supe
riorem, aliud vero sic vel sic recurrere.
Tota ergo difficultas est circa potestatem
condendi leges præter, vel contra illa, que
minime spectant ad Jus naturale, sed
iuxta eas commune sunt de forma appellatiōis
Præmissa assertio. Illi, ad quos in aliqua ^{libet} Reli
gione attinet leges, et Statuta condere, li
cite possunt circa appellatiōis formam
etiam in Jure præfixam, et circa eam estedus

Vide hoc vetitū personali
recursu optime dispu
tatur ^{Mag. Dano}
22 q. 12 art. 1. q. 3.

Speciales condere constitutiones extra iurisdictionem, quibus standum est, Probatur eundem de iure ex dicto cap. ad nostram, et ex dicto cap. Speciali de appellatione et clarius in predictis Privilegijs Bonifacii, aliorumque Pontificum summorum, quibus sine temeritate remitti licet contraire, sicut litterae ipsae Apostolicae testantur. Est tamen, in aliqua Religione nullas stabilitas esse leges ab illis, quae continentur in iure communi, Restat modo investigandum, quae sint circa appellationem ipso iure Regularibus concessa et quae specialiter interdicta.

Sexta assertio. Regularium ad Superiorem appellatio semper deusultivum effectum sortitur, non autem suspensivum regulariter. Probatur ex dictis Sanctionibus apostolicis concedentibus Regularium Superioribus procedere ad subditivum punitionem, et correctionem appellatione remota; iunctis illis, quae Doctores docent circa hanc clausulam appellatio remota, de qua Laté Canonista in cap. Pastoralis, et in. c. Super questione S. porro, et S. V. vero dominus de officio Legati, Et relictis questionibus quaerunt a quo pot sit hac clausula concedi, an scilicet a solo

Principe, vel in aliquo euentu ab inferioribus
 quibus ad nostrum non spectant propositum;
 siquidem predicta privilegia sunt Princi-
 pis Summi scilicet Romani Pontificis, ~~Quae~~
 diversimode tamen loquuntur circa vim pre-
 dictae clausulae; quidam enim interpretan-
 tur illam de sola appellatione frivola; alij
 vero etiam de legitima; praesertim si causa
 sit comissa Cardinali appellatione remota,
 ut notat Baldus in l. i. ff. de officio presb-
 ytero. Caeterum in hoc vno fecerunt omnes con-
 ueniunt, quod licet appellatione pendente
 nihil possit innovari de iure, hoc tamen fa-
 cit si est comissa causa appellatione remo-
 ta; nam tunc non obstante appellatione po-
 test appellatio cum Sententiam executioni mandare, ut probant
 Innocentius, et Hostiensis in c. Laboralis, de
 off. iud. deleg. Sed Pontifices Summi conce-
 dunt Regularium Superioribus posse procedere
 appellatione remota. Ergo est. Et praeterea
 confirmatur haec Veritas ex Sacra Tridenti-
 na Synodo, quae Sanctorum Patrum, et anti-
 quorum Conciliorum decreta renouans ff. 22.
 c. 1. de reformatione, decernit, ut quae pro-
 Cleni

l. i. ff. si in nouaxi
 appellatio pend. l. ex
 illis l. minime C. de
 appellatio. c. an sit test
 de appellatio cum
 si in titibus

Clericorum reformatione salubriter fuerunt san-
 cita, eadem in posterum eisdem parvis, vel
 maioribus, arbitrio ordinarij imponendis ad
 unquam observentur, nec appellatio execu-
 tionem hanc, qua ad morum correctionem per-
 tinet, suspendat. Et l. 24. c. 10 de reformat.
 eadem sacra Synodus haec ait, Neq; in his
ubi de visitatione, aut morum correctione
agitur exemptio, aut nulla inhibicio, appel-
latio, seu querela, etiam ad Sedem apos-
tolicam interposita executionem eorum, quae
ab his mandata, decreta, aut iudicata fue-
rint quoquo modo impediat, aut suspendat.
 Haec enim Concilium. Sed Regularium Su-
 periores sic regulariter procedunt visitando
 scilicet gregem, sibi a domino commissum, et
 executioni mandando, quae pro correctione
 morum sunt salubriter instituta. Ergo appel-
 latio regulariter non suspendit mandata, et
 iudicia. Et est valde advertendum Conci-
 lium loqui de visitatione, aut mo-
 rum correctione; Et in super, ^{statuit} nequit execu-
 tionem, ^{non} impediri; ^{non} ab appellatione tantum, sed
 etiam ab exemptione, aut inhibitione aliqua
 aut querela, non solum interposita ad superiores,
 sed etiam ad Sedem apostolicam.

Diximus autem, regulariter; quia in gravissi-
 ma causa, et in ultimo rei supplicio si si con-
 ceditur appellatio quia legitima, absq; dubio
 suspendit pronuntiatum ut testantur predic-
 ti Magistri Soto, Azor ubi S. quantumcuq;
 regent Religiosos posse appellare, quia non
 est credendum p[ro]p[ri]etates Christi Domini Vi-
 carios, Religiosos in gravissimo periculo con-
 titutos, hac privare tutela, et defensione;
 Veluti si Regularium aliquis ad ultimum
 supplicium, vel ad dirremes damnaretur
 non dubium est, quin admissa appellatione
 non debere sententiam executioni mandari, do-
 nec à superiore confirmetur; Sicut autem,
 si multatur pena carceris, vel privationis
 Vocis activa, vel passiva, vel alia simili
 pena iuxta ordinis statuta; tunc enim non
 debet exigi, vel eligere, vel à carcere libe-
 rari donec Superiora sententiam revocet, aut
 mitiget. ^{ubi} St autem notandum, quod ex con-
 sequenti, ^{ubi} quod admittitur appellatio tribuen-
 da est rei debita dispositio, ut suam causam
 possit coram Superiore defendere.
 Et si contra hoc intugas. Si iniuste damnatus
 ad carcerem etc. appellat, irreparabiliter lo-
 lerat penam dum Superiora causam indicat
 aut

aut aliud præcipit, ergo ex eo, quod admittitur
 appellatio suspenditur pronuntiatum.
 Respondetur negando consequentiam; quia o-
 portet Religiosum iuxta proprii status ratio-
 nem humiliter tolerare; iudicium enim,
 et conuenienter satis Pontifices Summi, et
 Synodi sacra iudicauerunt commune bonum
 præferendum esse particulari; ut late quauimus.
 Et si adhuc instes; in dicta Greg. 13. Consti-
 tutione simpliciter conceditur appellatio
 Religiosis; sed omnis appellatio suspendit
 pronuntiatum. Ergo est. Respondes. Ponti-
 ficem Summum loqui de appellatione in forma
 aliarum Religiosis concessa in iure, quod nulla
 et aulsula adinaria irritum censi dicitur
 nisi ipsius Specialis mentio fiat, de quo egimus
 supra. Nec prædicta priuilegia reuocet
 et irrita esse vult, immo ea omnia ipse, et
 eius Successores liberaliter confirmauerunt in
 omnibus, quæ Tridentina Synodo non contra-
 riantur. Igitur litteræ illæ, quæ tantum ab
 qui faciunt in nullo suffragantur volenti-
 bus Religiosum vnum tot apostolicis Indultis
 munitum, et tam longa consuetudine robora-
 tum pervertere, cum magno ipsius Religionis
 dispendio, et detrimento. Presentim, quod

Si Constitutio illa attente perlegatur, et eius
inspicitur titulus, et consideretur finis; hic
Unicus est Legislatoris scopus, prohibere
Scilicet sub gravissimis penis, appellationes
et recurre sum ad Judicem Secularem, et obi
tor docet ad quos tantum sit appellandum
vel recurrendum; ergo gratis asseritur a
liquid de novo ibi concedi, vel aliquid cir
ca appellationis formam innovari.

Et tandem in calce huius questionis ut errandi
tollatur occasio nobis obliuisci certi loquendi
modi, quo aliqui utuntur dicentes, quod
si in Sententijs contra Religiosos Latas u
tuntur Superiores his verbis, punitiue cor
rigimus etc. Nec nequeunt, nec debent
ab hac punitiua correctione appellare; se
cus autem si in sententia utuntur illa com
muni forma. Inuenimus quod debemus con
demnare, et condemnamus. Et quamquam
~~quod~~ ubi hoc primo legi mihi nouum, et in
auditum visum ^{fuere}, et non magno funda
mento dictum; attamen quia id apertis
alijs doks approbati audiuimus dubitandum
aliquantulum habi, quousq; aliquos por
hismus viros consului; quo scilicet funda
mento inniteretur hoc dictum: quibus omnino
vidi

Dubium 4^m
 An fratres Minores ampliore, et
 Specialem habeant facultate recur-
 rendi ad Superiores, virtute sua
 Regula?

Ratio dubitandi sumitur ex verbis regulae fra-
 trum Minorum c. 10. ubi habentur haec verba.
Utrumq; sint fratres, qui starent, et cognos-
cerent se non posse regulam spiritualiter
obseruare, ad suos Ministros debeant, et pos-
sint recurrere. Ergo fratres Minores vir-
 tute sua regulae specialem habent faculta-
 tem recurrendi ad Superiores, nulla illorum alia
 expectata facultate.

Certe questio haec satis absoluta manet ex
 dictis, cum in Superiorum questionibus, ubi retulimus
 Verba Sacri Concilij Tridentini. Statuentes
 nemini Regularium Licere alij recedere
 consentibus, etiam praetextu ad Superiores ac-
 cedendi, nisi ab eisdem mitti, aut vocati fue-
 rint. Ceterum ^{na} Regulae Minorum Verba sint
 nostrumque illi cui errandi occasio opere preclari
 duce in medium proferre Sententiam Seraphi-
 ci Doctoris Bonaventurae, qui ~~sanctus~~ ^{sanctus} hoc, quod
 cum mira Sanctitate, ac eruditione nostrum ordi-
 nem, immo ecclesiam Dei illustravit, praecipua
 etiam

etiam apposuit operam, ut relinqueret nobis
 digestam mentem regule B. P. N. S. Fran-
 cisci. Quando igitur prædicta verba expli-
 cat sic ait. Uiciumq; sunt fratres, qui si
rent se, per experientiam, et cognoscerent
per rectum iudicium. Se non posse regulam
spiritualiter obseruare; hoc est, in his præ-
cipue que spiritualia sunt, ut tranquillitas
cordis, et puritas conscientie; Non posse inquit
vel propterea tentationum grauitatem periculosam
ex consortio mulierum; Vel non posse, quan-
tum ad corporis necessaria, si non possint ha-
bere alitubi salua ordinis puritate; Vel propt-
er similia; Ad suos Ministros debent
recurrere, qui debent esse refugium afflic-
torum, uice Domini dicentis. Venite ad me om-
nes qui laboratis, et onerati estis, et ego re-
ficiam uos Math. ii. Recurrere inquam
per se, vel per nuntium, forma Statutorum
ordinis obseruata in eundo, quia istud de-
bitum non est exemptum ab obedientia Sta-
tutorum. Hæc Seraphicus Doctor. Ex quibus
liquido patet, quod non semper, nec quan-
do uolunt fratres, possunt recurrere ad suos
Ministros; oportet enim ipsos primo scire

per experimentum se non posse in tali lo-
 co regulam spiritualiter observare; nec
 ad hoc sufficit credulitas, vel opinio. Alte-
 rum est, quod illam impotentiam seruan-
 di spiritualiter regulam cognoscant per
 rectum iudicium; non autem per turbata
 aliquibus occasionibus humanis. Ultimo
 regitur quod fratres habere volentes re-
 turnum ad suos Ministros observent statu-
 ta ordinis; non est enim equum ut fratres pro-
 prio moveantur arbitrio ad huiusmodi re-
 cursum, sed secundum dispositionem statu-
 torum ordinis. Est autem dispositum in ordine
 et lege sancitum etiam ab exordio nascentis
 Religionis, quod fratres sine licentia
 Superioris sub pena Apostatis non egredi-
 antur septa Monasterij, etiam protextu pre-
 sentandi se Ministro Provinciali; immo iam
 sic definitum habemus per Sacrum Concilium
 Tridentinum. Si igitur tanti erant apud
 D. Bonaventuram ordinis Statuta, ut dicat
 illud debitum non esse exemptum ab obedi-
 entia Statutorum etc. quid his nostris
 temporibus diceret sanctissimus Vir, si
 firmum Sacre Synodice introitus pre-
 ceptum.

Et si

Et si queras, quid faciendum si Guardianus
 vel alius, ad quem spectat, Superior, licen-
 tiam denegat recurrendi? Respondetur ex
 mente. S.^r. Bonaventura, ~~quod~~ habendum esse
~~est~~ recursum ad Ministrum, per nuntium; et
 si non est commoditas; sub distinctione est re-
 spondendum; si enim Guardianus, et alius di-
 cretis fratribus, quibus hoc eisdem statuti
 competit videtur quod talis pater nullam ha-
 bet legitimam, et rationabilem causam
 recurrendi, in hoc eventu frater, qui vult
 recurrere, tenetur magis credere sententiae
 aliorum discretorum Fratrum, quam proprio ca-
 pit. c. i. et c. ne inuitatis. de consuetudinibus
 n. 1. Si autem iudicantibus discretis causa
 recursus esse dignam, Guardianus non vult
 licentiam concedere, nec gravatus potest
 per nuntium, vel alio modo recurrere, aut
 licentiam Ministro petere; tunc petita li-
 centia, et assignata coram eo legitima causa
 ut iudicio aliorum discretorum sit ratio
 nabilis adire potest Ministri praesentia
 petita, et non obtenta licentia. Quod pra-
 tet argumentis. cap. licet. cum multis si-
 milibus, de Regularibus; Sed hi casus sunt
 de raro, vel nunquam in Religione contin-
 gentibus; licet saepe recurrentes sine causa

Nec contra hoc aliquid
 docet Nauas. in cap.
 no dicatur n. 61. quia
 de gravamine cognito
 quicquid aliqui perperu-
 illi interpretantes te-
 mere asserunt dis w h s
 delinquendi no parua
 occasioe prebentes

Legitima, canfringant, ut aliqualem ~~Sui~~
~~Vigilandi Detrahendi regularem disci~~
~~plinam fugiendi desiderij excussationem~~
reddant, ~~ut~~, ne hinc inde vagari, et disciplinam
regularem fugere velle, iudicentur

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Vtrum Regularis Iudex teneatur fidem adhibere
actis contra Regularem in alieno foro?

Pro explicacione questionis tria sunt prenotanda

Primum quod triuialis est questio an quando remissio Clerici
fit a seculari ad eum iudicem cui cause processu teneatur Ecclē
siasticus iudex ei stare? et Respondetur negatiue et est cōs sen
tentia ut testatur Deby in cap. etsi clerici de iud. et Gramma
Censi. crim. 42. n. 2. Viuuiq. lib. commun. spiriti. in libo iudex
laicq. Julij Cing. in pract. q. 36. q. acta processu corā inuom
petiti iudice facta nulla fidem faciunt. quod intellige
~~de re iudicanda de re iudicanda facta in nulla tamen ordine~~
secundum. ad reū condemnandū

2^o. est notandū q. alia est questio an acta iuridice in foro
seculari non solum probent in Ecclēsiasticis sed adue seculari iu
dex possit procedere ut si sic conuinceret Clericum de falso corā
se testificante et in tali casu vel simili multa iura videntur do
cere q. iudex laicq. pot. clericum punire ut glossa in cap. nullam
- C. de testib. in v. perscriptionem et ibi Baldy. n. 8. et Bart.
n. 5. ~~et ibi C. de testib.~~ et etiam in l. sciure s. si qua ff. de
aqua quāt et est n. fi. et late Feder. de semis sens. 93. n. 6.
et n. fi. Ioa. de Anu. in cap. 2. de Ecclē. Bene. n. 17

3^o videntur docere alia iura quomā Clericus nunquam
coram nō suo iudice conuerti aut iudicari pot. cap. 2. et 2
et cap. si diligenti de foro comp. quod bene probat Ioa. de
Anan. in cap. 2. de crimine fal. n. 3. et ibi Abbas. n. 9.
Bart. in l. si diuus ff. ad l. for. de fals. n. 7. et in l. si
quis obrepserit eo tit. n. 4. et s. Afflict. det deuss. 2. 30

per hunc et Cappe. decisi s. n. 9. Sas sequitur duas sententias
 concordat Maria in. d. sup. postulasti de foro comp. q. 28
 n. 12. vti docet q. intali vel simili casu iudex secularis
 habet cognitionem et ita procedit iura primo loco ale
 gata nō aut executionē et ita procedit iura secundo loco
 allegata. qua forte doctrina ducti multi Regulariū maiore quā oportet
 fide tribuit actis in alieno foro contra suos subditos. et ideo.

3o est aduertēdū quod aliud est agere de fide adhibenda actis in
 alieno foro respectu sententię proferende contra prius legiatū
 aliud vero respectu inquisitionis contra illū faciende, et
 aduc est distinguenda inter acta recte et iudicia facta inalie
 no foro ut si iudex laicū vel Ecclesiasticū procederet citra Regu
 larē infragatū vel in laicali Sabitu in ventram et inter illa que
 de loco et nullo iuris ordine seruato sunt acta a iudice re vera
 incompetēti. Si suppositis Respondet ad q. ^{3m} triplici conclusi
 one.

1o. Concl. acta in alieno foro etiā seruato ordine iuris citra Re
 gularem in nullo casu plenarie probant ita ut Regularis pre
 sul illis stans possit reū condemnare, patet ex dictis q. acta
 in alieno foro nequeūt plenarie probare vng. qusq. enim in foro
 prio foro est audiendū. ut s. probatū est cū de conditionibz legitimi
 iudicij egimz -

2o. Concl. acta in alieno foro seruato ordine iuris sepe probant
 ad inquirendū contra Regularē. patet ex dictis cū egimz de accu
 satione et inquisitione. dicimz aut sepe q. nō semper quicquid
 actis in alieno foro nō manet remanet reg. diffamatz. vbi quāt

vel aliq^{non} procedunt requisitae conditiones ad inquirendum
contra aliquem in particulari et tunc debet presul^{us} ut pater corripere et noⁿ ut iudex corri
gere

v 3^a Concl^{usio} actio noⁿ iuridica sed disl^ose in alieno foro contra Regu
lari nulla est fides adhibenda a suis superiorib^{us} etiam ad
inquirendu^m ~~non~~ ^{sed} regulariter sicut omnino reiicienda imo tene^r
tur presules ^{suis} obmixte protegere et defendere et suis utentes pri
uilegijs remedia iuris adhibere contra iudicium int^{er} falcem
in me^o aliena quod nulla indiget probatio^{ne} diximus aut^{em}
Regularitox q^{uia} in aliquo scandalo^{so} eueⁿtu licet alienus iudex
procedens de facto media vi vel dolo vel ignorantia contra Regu
larem peccet si reus manet sufficienter diffamatus debet pro
prio superior^e contra illu^m procedere et vbi actio ab alieno ad
inquirendu^m. Sic patet ex dictis lib-3. dub-7. vbi probatum
est q^{uod} hunc ~~de~~ debet fieri contra aliquem particularis Inquisi
tio q^{uod} procedit infamia clamorosa insinuatio indicta vel semi
plena probatio. et si querat^{ur} esto indicta eueⁿtu noⁿ procedere in
famiam ~~de~~ sed solum semiplena probatio^{ne} quia testis in excep
tione maior vel multi singulares testificant in actis non iuris ordine
omnino seruato a iudice alieno est ne tunc procedendu^m a proprio?
Et respondetur negative q^{uia} suppositio est falsa quod si licet potest
procedere semiplena probatio licet ~~no~~ enim acta noⁿ iuridica ab
alieno et ino^ppeten^t iudice possunt sufficienter infamare nequeunt
aut probare et ideo reuera noⁿ procedit semiplena probatio ~~ad~~
~~nulla~~ sicut inuenitur cu^m alieno suo vti^{tur} iure contra priui
legiatu^m et remittit processu^m proprio iudici.

et si dicas si semiplena probatio facta ab alieno iudice sufficit

~~probatum~~ proprio ad inquirendu ergo plenaria sufficit
 ad condemnadu patet consequentia quia sicut effectus semi
 plene probationis est inquisitio ita plenaria est condemnatio.
 quod videtur insinuare concordia diversorum iurium de qua in se
 cundo fundamenti. — Sed Respondeo negando consequentiam
 quia non sicut semiplena probatio sufficit ad inquirendu sufficit
 plenaria ad condemnadu cui quavis data probatione oporteat
 prius rem audire defendere & que ut b. dicitur de sententia
 procedere que oia coram proprio iudice et non coram alieno sunt
 peragenda —

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

¶ Sed nota qd non ioculose requisita est imo omnino appro-
 banda aliquarum Religiosarum consuetudo circa formam exami-
 nandi Regulares res vel testes quibus post habitam coram
 vandi forma precipit preelatus subditi per obedientiam
 virtute spūs. s. ut verū dicat et aliquando si rei gra-
 uitas expostulat excoicationis pœnā adhibet in quo re-
 uera nō omittitur Iuramentū qd iura relicta sō mutatur
 forma corā in aliā orō solum sufficientē et fortioerem.
 et patet qz veritatis manifestatio est firmis Iuramentū
 et unicus effectus ipso intentus quo honestatur et fit
 Religiosarum actus ut ex D. Thoma. bene probat Magister
 Soto lib. 8. de Iust. et Iure. q. 1. art. 2. et 5. et idē
 solum in Iuramento hoc addit simplici testimonio
 quod Deus qd veritas ipsa est adducitur in testem quo
 fit ut qui falsū dicant etiam in leuibus lētalibus culpa
 sint rei. sō questi doctores quare qui adhibitis iura-
 mentis mentitur in re leui peccat mortaliter? res-
 pondit nō impatius delinquere qui rem sacrā qualem
 est Iuramentū violat quod Gentiles ipsi solo lumine
 naturali ducti expresse fatentur Cuius enim de officiis
 ait Iuramentū est affirmatio Religiosa et Aristotelis
 in Rhetorica ad Alexandrū iudicandū inquit, est

cū diuina veneratione elictio probationis expers, et
 quesiti adue doctores inquis periturus Deligenti vobiscum
 Respondunt vnamimter cum d. Tho. 22. q. 89. ar. 8.
 quod iuramenti obligatio oritur ex reuerentia Deo
 delicta quā manifeste videtur periurū violare et ideo
 iuramentū equiparatur torture compellitur enim
 testis vt nequeat falsū respondere quim reus maneat
 pene eterne que merito grāuis dicitur tortura. sū oīa
 ista sic se habent imo strictiori modo quando prelati
 aliquod a suis subditis inquirentes in virtute s. Obedi-
 entie precipiūt vt veritatem de qua interrogat
 manifestent siquidē ex eo mortaliiter peccat men-
 tendo et in minimis qz falsa sua dispositione sacra
 attestazione firmata contra emissi religiois votum
 oem sacrum irreuerēter violat, igitur nulla alia
 forma iuramenti opus est.

Nec differentia inter iuramentū et vohem de qua
 d. Tho. vlt. Art. 8. contra hoc aliquid probat vt
 aliqui sine fundamentis credunt imo si postremam
 illum illam differentiam intime exploratam la-
 tuerent predicta Regulariū consuetudine differentia

ipsa firmis promitti ac confirmari necessario fate-
rentur q̄ D. Thomas docens ibidem maiorem esse
obligationem voti q̄ iuramenti gemina id ratio-
ne probat quare praestantior est q̄ utraque obligatio
ex eadē radice nascitur et ideo tunc voti q̄ iura-
mentum ad Religionem spectat sed diversimode
nam obligatio voti ex fidelitate oritur quam Deo
in promissis ei factis debemus ut illi persolvamus
obligatio autē ^{iuramenti} nascitur ex reverentia quam
eidem debemus infidelitas autē est peior quam irre-
verentia nā includit illam siquidem infidelitas
species quaedam irreverentiae est nō tamen vice versa
clauditur ab illa potest enim quispiam alteri
per irreverentiam de honestate quamvis nullam
fidem fungat. Sed ex D. Thoma quae explicans
Soh. vii. c. art. 8. inquit q̄ factio voti nō solum
est factio fidei Deo delicta sicut factio iuramenti
violatio reverentiae Deo delicta imo vero ipsa
eadē reverentia Dei impudenter violatur in
fractioe voti quā in fractioe iuramenti. quid
claris?

Ex his tribus. liquido constat tria. Personā quod
Regularium superiores qui praedicta formam

324

suos examinandi in inducerunt, placitum non
 indiget corroboratione que oritur ex consuetudine
 vi et auctoritate que ~~est~~ est legum interpres prout
 diffinitur per Innocentium 3. in cap. indictos de consuetudine.
 et si est legitime prescripta vim habet privi legij vtoes testatur
 nec id fecerunt utentes Apostolicis indulg Boni
 fatij 3. et aliorum pontificum sum mox concedentium
 illis ut rimulis iuris et apud eij postpositis li
 bere procedere valeant secundum consuetudines appro
 batas iuxta sententia Ancarrani in Clemencia
 sepe de Ho. sig. et Bartoli in l. si filij familias
 ff. de donacionibz ~~atque~~ ~~affirmantia~~
 iuramenti solemnitate esse in iuridicis contes
 tationibz introducta ex hure civili. et sane ex gi
 tauerunt forma qz sufficiens vix est ad veritatem
 indaganda modestior quide et religioior illa qua vnt.
 seculares quod falsum est quia nulli induquerit privi
 legio nec et per deum iurare ad talia ~~conditio~~
 bz requisitis actz est Religiosus et studiosus valde.
 pro ut sepe diffinitur est contra Scresim damnatum iuramentu
 qua D. Bonacina lib. 3. dist. 39 asserit esse Namic legij qua
 vis quando no nisi vnat deniqz ea impingat. Sed id vix est

et Alexabri. l. mili
 ter n. 7. 8. C. de tes
 tam. milib.

procedit

predictos Religiosorum presules excoGITasse ut vim
 vi adhiberent et tortera cui equiparatur iuramentis
 eo acrior esset et durior quo prestatior est obli-
 gatio voti q[uam] iuramenti et maior violatio fidelitatis qua
 solis reverentia que realiter continetur in fidelitate.
 ut probatum est unde si rei gravitas postulat adve-
 nire adhibere vim excommunicationis sententiam
 addunt. de qua D. Augustinus lib. 1. cap. 17. in adver-
 sarium legis et prophetarum tom. 6. Sic ait gravis est
 qua si gladio feriretur qua si flammis absumeretur si feris su-
 bigeretur et infra. alligatur homo a maris et infelicitas Ecclie
 sic clavis q[uam] quibuslibet gravissimis et durissimis ferris vel
 adamantinis nexibus

2^o sequitur q[uod] licet non sit concursus doctorum sententia in diffi-
 nitione iuramenti ut docet Silvester v. iuramentu. 1. n. 2.
 dicuntibus multis cum D. Th. nihil aliud esse qua[m] affirmatio-
 nem aut negationem alicuius de aliquo sacre rei attesta-
 tione firmata alio modo aliter diffinitionibus univ[er]sa et
 singule quidam hinc diffinitiones iuramenti co[m]petunt p[er]
 dicte Religiosorum forme iurandi ut in hunc patet. Epithu
 si diffinitio ^{quid sit iuramentum} competit necessario competit esse diffinitio ^{quod sit iuramentum}
~~non competit~~ dicitur aut quidam hinc ne existimet aliquis rei quidam
 hinc solis hinc iuramentu[m] est deum in teste adducere sufficientissi-
 mo diffinitur iurandu[m] quod iuramentu[m] ut de p[er]i de positiones
 iuridice habeant. quod est v. iuramentum.

Ultimo sequitur nihil probare que contra sancte veritate

2^o sequitur

326

adducuntur quia nec in predictis textibus pro iuramenti ne-
 cessitate ~~addu~~ relatis aliquid datur circa illius formam
 imo tunc ex illis quam ex scriptura sacra multiplex
 colligitur forma iurandi ut supra dicti doctores probant
 nec Menochius in dicta §. 6. Sive sententia irrita quibus
 aduersatur imo si quae perdoctus vir ~~im~~ qui illa tantum
 faciunt ^{dixit,} perperissent facile in suum placitum retorquerent
 Douet enim iuramenti solemnitate esse de iure diuino et
 refert Felinum et Augustinum Anselmitanum ^{ex} discessisse Pon-
 tificem maximum dispensare non posse ut testimonio non
 iurato credatur ex quibus manifeste patet illi non loqui de
 sacra vel illa forma iurandi iuramenti sed solum de illa quod
 in ipso iuramento essentialis est ut compulsus testis fortis
 veritas indagetur alias plures falsum esse asserere quod
 summus pontifex non posset dispensare ut testimonio non
 iurato credatur nam si pro vniuersali Ecclesia adhiresset
 quod iurantes testes proig vouerent de se veritate dicturos
 vel quod in foro ecclesiastico adhierebant ~~et~~ excommunicationis
 pena ~~non~~ ^{no} liceret dubitare de legitimitate huius
 testimonij §. ~~non~~ nec Menochius nec illi quos refert esse
 qui tunc aliquid dicunt contra predictam Regularium consuetudi-
 nem cuius licet non meminere si meminissent sine dubio
 approbarent alias ipsorum sententia falsa esset et improbabilis.

The first part of the book is a history of the
 city of London, from its foundation to the
 present time. It is written in a plain and
 simple style, and contains many interesting
 particulars of the city's growth and
 improvement. The second part is a
 description of the city's government and
 laws, and the third part is a history of
 the city's trade and commerce. The book
 is a valuable work, and is highly
 recommended to all who are interested
 in the history and government of London.

328

Antiquae leges vetant Christianos a Iudeis, orthodoxos ad Haereticos,
 Episcopos a laicis, a liberis parentes maiores a minoribus accusari
 s. q. miam. f. de Sacet et Manicis d. l. qui accusare ff. de accusa.
 i. Corint. 4. Clemens. P. m. Epist. 2. ad Iacobi fratrem d. n. Ioseph. Epist. 1.
 Arcadius et Honorius A. g. Solemni lege cauerunt, ne ser-
 uis dominorum delatores audirentur, si quisquis eorum existimatio-
 nem, iudicij in ipsa capite criminum caput atq. fortunam
 peteret cuius familiaritati vel dominio in se esset, ante
 exitum hunc festum, atq. examinatione iudicij in ipsa exho-
 sitione criminum atq. accusationis exordio vltrogladio
 feriretur. Vocem enim s. p. m. d. n. aiunt illi. Cuius - C.
 de his qui accus. n. s. p. m. amputari p. h. g. oportet quia audiri
 audiri

Ne autē illis qui dignas in delictis gravibus puniendis minuit
 penas excusatione metus, fules spectatis. et. ut qd. al. arg. d. geny
 rerum: quas neq; in levioribus quidem protexere quisq;
 Sanementis audeat. quid. n. hoc est, si non est (ut inquit Paulus)
 aperte deū provocare. et q; impetere. siquidem impiū est ut
 ait (Cassiodorus) iudices illis esse indulgentes, quos celestis pte
 tas non pariter impunitos. et d. Am. Gregorius vbi impius
 interfectus (Christus in pnditur. vbi a criminatio. solatur sanc
 tificatio conse cratur

2. Cor. 10
 ad Rom. 13
 lib. 9. in edict.
 A Carici Regis.
 lib. 2. de paradiso

nota qd licet aliqui ista criminis cogitatio nihil nocent
 nisi et factū secuti sit. S. saepe de f. bo. signi. nec conatu
 ipsū si nihil obest unq; imputari iniuriis. et nō desunt
 in istis sanctiores acerbissimq; quos eadē severitate volū
 tate sceleris, qua affectū puniant. Edicto Gratia. Va Cent. Maist. C.
 et Thesop gravissime mulctantur qui occasione ptestatis
 nuptias contrahere cū aliqua, in iudicis quorū interest, volue
 rit licet eas non peregerit. S. vnicū. si qua pcedit. ptest. C.
 qui emit venenū ut pri daret quāvis non potuerit dare
 pena in solomny tenebur que est legis Cornelia de sica
 riis. S. i. ad leg. Pomp. de parricid. D. sollicitatores alienarū
 nuptiarū. S. i. de extraord. crim. D. itē quem a trimoniū
 interpellatores et si effectu sceleris potiri non possunt, in
 ppter voluntatem permissos libidinē extra ordinem
 puniuntur. c. si quis nō dicam. de Episcopis et clericis. qui
 attentaverit nolentem rapuit suorati virgine hoc facin
 osum damnatur. S. fortissus fugitivus de veri. signi. D.
 et omnino ingravibus atq; atrocibus scitis est ipso facto
 initū criminis mente deduxisse ut subrit pena aliqua
 occasio, sed nota qd maior est severitas adhibenda in casu que
 postq; semel ad desit vix elui potest ut sodomia. Sorhile qd ameh
 et iclas Imperatores lib. 3. de Episcopis audientia re

S. quis quis
 ad leg. Jul.

missionem poene fieri reuerunt iis qui impunitatem
veteris admissi non emendationi potius, quam consuetudini
deputarent.

sine remissione poenas veniunt puniendi. 1. illi qui pri-
mū legi fuerunt et. per et male exempli. unde Iugur Mure
et non valere la paruidad de materia alque exis esse
vijos infestae et. 2. Los q' la vido perdonados Araz
reyes et generaliter los reardas, 3. Los delictos
de quon nose espere enmienda. in los epetraliter
animaduertunt leges.

Anqu. quis per ignorantia peccat sit poena legis
multitudo.

q. Sec vni querit et multa supponit. illa sibi. quod doctores
disputant in materia ignorantia. Et quibus illa vni
que vti sunt processu necessaria ad questionem
intelligenda proponemus. reliqua videat lectur D. 150.

12. q. 76. scilicet hinc doctores in 2. dist. 22. et
sumptus v. ignorantia. extat in super Titulo 21. lib. 1.

Codice de iuris et facti ignorantia et lib. 22. digestorum li-
br. 6. et de iuris et facti ignorantia vni Tagoite mul-
ta dicit et sanctorum ad regula que subet de regulis

iuris ignorantia facti vni iuris excurat ex quibus multa
refert noster Cordubensis in eius 30 ques. de lege de
ignorantia disputat lib. 2. questionarij

cap. ignorantia
in 6. de reg.
ju.

Est. i. vni dicitur p sicut dicitur in p m t r e s t numerus in
ignorantia est multiplex. et primo diuiditur ratione
scientie siue vni dicitur cuius est p r i u a t i o est triplex.

prima dicit. ignorantia p r a u e d i s p o s i t i o n i s v t d i q u i s

Sabet errore intellectus ~~error~~ veritatis contrarium et quod hunc
 non solum ignorat sed etiam errat appellatur prave dispositi
 onis ~~vel~~ hoc est male affectus 2^o dicitur ignorantia priva
 tionis ut ai quis non sabet nisi hanc rationem nec ea potest aut
 debet habere. ut puer ante usum rationis vel amens. 3^o dicitur
 ignorantia qua patitur qui caret nisi hanc alicuius rei
 qua nosse potest et debet. privatio. n. est alicuius forme
 absentia in re subiecta, que potest aut debet ipsam formam
 habere.

2^o dicitur dividenda ignorantia respectu ratione et ob
 iecte que ignoratur et est duplex alia lene ut si quis
 ignoret consortium excommunicati esse vitandum et alia facti ut
 si ignoret Petrum esse excommunicatum. ~~incomprehensibilem ignorantiam~~
~~inter divinum naturalem, positivam, vitalem aut causam~~
 3^o dicitur dividitur respectu et ordine ad voluntatem et sic est
 duplex vincibilis s. b. et invincibilis. de vincibilibus
 que ad hoc studio diligenter vitari et depelli potest et debet
 aspectu ne ~~non sufficit posse quicquam de depellere nisi ad~~
~~ea repellenda tenentur. invincibilis est quod quis la~~
 borat ex inscitia adhibita vero adhibita diligentia ad
 sciendum non potest ignorantia vincere. dicitur autem delicta
 que si bene tenentur ad ea repellenda ignorantia etiam si possit
 dici ex parte invincibilis. vincibilis. v. est que ad hunc
 studio diligenter vitari et depelli potest et debet aspectu
 lene non sufficit posse aliquem ea depellere repellere
 nisi eis ad repellenda tenentur. Sic autem vincibilis
 ignorantia sub dividitur in affectivam et crassam. pri
 ma est cuius de industria et volente ignorat aliquid ne
 ab agendo quod vult impeditur si sciat ut si quis nollet
 scire ieiuniorum tempora ut libenter ventri comedendo in
 dulgeat causa vero cuius negligenter se gerit in sciendis suis

que alioqui misse tenetur. et utraque istarum ignorantiarum
est voluntaria .i. directa et expresse secunda vero
indirecta et implicite.

solet et ignorantia diuidi ratione peccati quod admittit.
alia .n. est antecedens alia comitans et alia sequens
peccati. et insuper disputari an ignorantia sit pecca-
ti id est ratione solius negligentis adiunctis inscie-
do quod lege aut precepto debemus misse an
vero ratione sui et an sit peccati specie distincti
a ceteris peccatis sed videndi sunt utrum auctores quod
non omnia sunt simul disputanda -

3^o est aduertendum quod reus potest esse in multis igno-
rantia probabilis et iusta que inuincibilis appellatur. cui
enim dari potest ignorantia iuris naturalis et diuini
et humani est inuestigabilis ^{et} in qua libet istius iuris igno-
rantia sit inuincibilis et iniusta et que probabilis et iusta
loquendo igitur de ignorantia iuris naturalis cauenda
est sententia aliquorum qui absolute et sine distinctione
aliqua asserunt quod nequit dari ignorantia iuris
naturalis inuincibilem que ignorantie ~~culpam~~ liberetur
reddat a culpa quod probant quod ius naturale est quod
naturalis ratio hominis prescribit ^{et} teste Paulo

Ad Rom. 2.

gentes naturaliter ea que legi sunt faciunt unde
Glossa Dist. 33 in summa et. 1. q. 4. cap. ult. ait su-
missi ignorantia remittit a peccato defendere et tunc
ignorantia de re. ~~lar. in b. d. d.~~ hoc autem cui seruo sole
sunt intelligenda. quod que sunt iuris naturalis triplici-
ter sunt consideranda primo que sunt per se nota ita
ut non ex alio sed ex se ipsis et cunctis ~~rationibus~~ ratione
vltimis pateant qualia sunt bonum est amplectendum
malum fugiendum nemini recedendum quod hinc non vult alteri

ne feceris, et his similia ^{negit davi} ~~et hoc~~ et hoc ignorantia
 probabilis et lucta 2. qui non sūt pensata sed fa-
 ultima ex sentis colliguntur ut precepta decalogi
 et hoc davi p̄ta ignorantia probabilis ad breue tempus
 non aut diu q̄ es ipso q̄ ex perse n̄tis ~~est~~ eū
 dexten colliguntur ab eo magno negotio in h̄cū
 ut interim dū ea quis ex perse n̄tis concludit q̄t
 bona fide ~~est~~ bona fide et sine culpa ignorare negit
 aut diu in illa ignorantia permanere

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.


16


216 pages


1816


216 pages

1816




























MS

Biblioteca de Santa Cruz

376